



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Venerabilis Patris Thomæ à Jesu ... Opera Omnia

Homini Religioso Et Apostolico Tam Qvo Ad Vitæ Activæ, Qvam Contemplativæ functiones utilissima, Duobus Tomis Comprehensa. In Qvibvs Singvlari Pietate, Varia Ervditione Clariori Et Breviori Stylo Continentvr Et Explicantvr ...

Tomás <de Jesus>

Coloniæ Agrippinæ, 1684

Lib. de Visitatione Regularium in 4. partes divisus

urn:nbn:de:hbz:466:1-38601



VENERABILIS PATRIS
 THOMÆ à JESU,
 CARMELITÆ DISCALCEATI,
 LIBER DE
 REGULARIUM
 VISITATIONE

IN QVO CLARE, AC BREVITER EA OMNIA,
 quæ in Visitandis Regularibus, tam quoad Theoriam, quam
 quoad Praxim observanda sunt, ex communi Theolo-
 gorum doctrina diligenter excerpta, traduntur.

PIO LECTORI.

N explicanda visitandi forma ac methodo, hac
 nostra tempestate sedulo quàm plurimi præstan-
 tissimi, ac magnæ eruditionis viri laborarunt;
 verùm in elucidandis variis questionibus magis
 quàm ad praxim, & ad theoriam potius spe-
 ctantibus, horum non pauci omnem navasse
 operam visi sunt, ceteris adeò obscure relictis, ut ipsorum doctrinam
 ad rectum, practicumque visitandi modum applicare difficillimum
 sit. Quod cum mihi jam pridem multoties animadvertere contigis-
 set, ab aliis Theologiae studiis nonnihil otii nactus, Regularium uti-
 litati consulere cupiens, operæ pretium facturum me existimavi, si
 quæ à sapientissimis viris de hac materia prælo, scriptis vè tradita
 sunt, atque simul à me ipso non exiguis experimentis comperta, ad
 peculiare præceptiones redigere, brevique perstrictâ methodo (quan-
 tum res ipsa permittit) ab omni penitus obscuritate remove cona-
 rer: quod DEO dante factum credo. Hic meus igitur fuit scopus
 (Candide Lector) cui si non satis ubique successus responderit; vo-
 luntatem tamen, & conatum meum, tum Divinæ Majestati, tum
 benevolo animo tuo, gratum atque acceptum futurum confido.

PRO-

PROLOGUS.

SCOPVS ET FINIS VISITATIONVM
proponitur, & series dicendorum.



ihil æquè ad Regularem disciplinam conservandam, aut si collapsa fuerit, instaurandam conducere videtur, quàm frequens, exactaque visitatio Prælatorum. Quare non rarò, tam sacri Canones, quàm Concilia, & inter illa præcipuè Tridentina Synodus, Religionum Superioribus hanc suorum Monasteriorum sollicitam visitandi curam impensius commendant.

Cum igitur Prælatorum rectè instituta visitatio non mediocrem splendorem, atque utilitatem Religioni conferat, operæpretium censui, divino implorato auxilio, compendiosam institutionem Visitatoribus præscribere, quò facilius, ac maturius officio suo fungantur. **Materia** quidem, tum ob opinionum discrepantium varietatem; tum ob praxim, & ordinem confusè ab Auctoribus digestum difficilis sanè & ardua est. Ante omnia verò in hujus Operis vestibulo præmittendum duxi, qualis esse debeat præcipuus Visitatorum scopus, ne illius ignari facilius in errorem prolabantur; nam ut benè Seneca: *Ignoranti, quem porcum petat, nullus suus ventus est.*

Visitatoribus igitur illud in primis propositum esse debet, divinæ Legis, Regulæ, ac præcipuè trium votorum, Constitutionum, Ordinationumque, & omnem disciplinæ Regularis rationem omninò tueri, ac curare, dissoluta restituere, errata corrigere, negligentes, & contumaces, si qui sint, castigare: ac demum ea omnia exactè præstare, quæ sacrosancta Synodus Tridentina, *Sess. 25. Cap. I. De Reformatione*, de Visitatorum munere agens, sequentibus verbis graviter commendat: *Vbi collapsa est vetus, & regularis disciplina, instauratur, & constantius, ubi conservata est, perseveret; præsertim hoc decreto præcipit, ut omnes Regulares, tam viri, quàm mulieres, ad Regulam, quam professi sunt, vitam instituant, & componant, atque in primis quæ ad suam professionis perfectionem, ut Obedientiæ, Paupertatis, & Castitatis, ac si qua alia sunt alicujus Regulae vota, & præcepta ad communem vitam, victum, & vestitum observanda pertinentia, fideliter observent. Omnisque cura, & diligentia à Superioribus adhibeatur, tam in Capitulis generalibus, & provincialibus, quàm in eorum visitationibus, quæ suis temporibus facere non prætermittant, ut ab illis non recedatur. Nam si illa, quæ sunt bases, & fundamenta totius Regularis disciplinae, exactè non fuerint observata, totum corruiat aedificium, necesse est.* Haec tenet Tridentinum Concilium.

Corruet quidem, & relaxabitur brevi tempore Religio, si Visitatores remissè, ac negligenter in visitationis munere se gesserint: florebit verò viridis observantia, si rectè, exactèquè omni postposito timore, & amore, DEI gloriam, & commune Religionis bonum præ oculis habentes, officia veri Visitatoris præstiterint. Quare omnis Visitatoris labor in duplicem scopum dirigi debet: priuò quidem in abusuum, siuè relaxationum extirpationem: secundo in conservationem, promotionemque Regularis disciplinæ, quæ pace, & observantia tanquam duabus columnis, hisque firmissimis nititur, atque fulcitur. Quare omnis Visitatorum cura in conservandam pacem, & observantiam præcipuè collimare debet. Ideoque Regulam, Con-


stitutio-

stitutiones, & Instituta bene nota Visitatores habere studebunt, ut possint aliorum defectus integrè agnoscere, ac exactius corrigere; Morum deinde gravitatem, ac vitæ integritatem, ac multò magis sanctitatem ita præ se ferant, ut quod aliis proponunt, suo exemplo sibi propositum in primis ostendant.

S E R I E S D I C E N D O R V M.

DVplici modo, quantum ad præsens attinet propositum, Visitator procedere potest, & debet. Primò præmittenda est illi inquisitio omninò generalis, qua in genere inquiritur; An subditi proprium Institutum, & Regulas accuratè observent? An fortè in earum observatione passim deficiant? An præterea relaxationes Regulae, ac Constitutionum transgressionem impune à Superioribus permittantur? Deinde descendere debet ad inquisitionem specialem. Est autem inquisitio specialis illa, in qua de certa persona, sive de certo peccato inquiritur, v. g. An Petrus commiserit tale peccatum? Totus igitur visitationis progressus, tam inquisitione generali, quam speciali, circumstantiisque aliis, de quibus infra, observatis inchoatur, ac perficitur. Quare quid ad utriusque generis inquisitionem pertineat, quatuor Tractatibus breviter absolvemus.

IN PRIMÒ; qualiter debeat fieri inquisitio generalis, & quæ in ea peti, aut interrogari possint, & de tribus viis, nempe accusatione, denuntiatione juridica, & denuntiatione Evangelica (præmissis interim de correctione fraterna integro Tractatu, aliisque ad visitationem omninò spectantibus) per quas manifestari Superioribus delinquentium peccata solent, differemus. **I**N SECUNDO; de modo speciatim inquirendi, tam ad instantiam partis denunciantis, quam ex proprio munere Prælatorum; ubi de prærequisitis ad juridicè instituendam inquisitionem plenè, favente DEO, agendum erit. **TERTIUS** vero Tractatus duo principaliter, quæ inquisitionem specialem consequuntur, continebit. Primò enim de modo formandi processum, de testium examine, deque à reo confessione exigenda dicemus. Secundò de sententia à Visitatore ferenda, ac de appellatione, quando, & quibus sit concedenda, qua poterimus brevitate pertractabimus. **QUARTÒ** demùm Tractatu penas malefactoribus secundùm delicti qualitatem infligendas: ne pro libitu Prælatus in hac parte excedere contingat, exponemus.



T R A C T A T U S I.
D E I N Q U I S I T I O N E G E N E R A L I,
 & de illis, quæ eam consequi solent.

P R O L O G V S.

In inquisitione generali Prælatorum visitatio initium sumere debet; Inquisitione verò generali præmissa, manifestari solent Visitatori peccata, si qua sunt in illa domo, aut per viam accusationis, aut per viam denuntiationis juridica, aut tandem per viam denuntiationis Evangelica, quibus permoti Prælati ad inquisitionem specialem de culpa sibi revelata faciendam, juxta regulas Juris procedere debent, de qua quidem inquisitione sequenti Tractatu differemus.

CAPVT I.

Inquisitio generalis quando, & à quibus Superioribus faciendâ.

In unaquaque Religione à summo Pontifice approbata, sunt Prælati ordinarii, aut delegati, quorum jurisdictioni spiritali iudiciariam potestatem esse annexam, asserit D. Thomas, quodlib. 1. art. 3. quam Prælati possunt, & debent aliquando non aliter, ac Judices Ecclesiastici, aut seculares in judiciali foro exercere. Hi autem Visitatores secundum uniuscujusque Ordinis instituta constituuntur, quorum quidem est, subditos corrigere, ac visitare. Inter hos autem summus & primus Visi-ator solet esse Generalis cuiuscunque Religionis, qui per se, vel per alios universam Religionem visitare solet: deinde Provinciales in suis Provinciis jure ipso Visitatores sunt constituti: prædictis autem Visitatores delegati, vel à Generali, vel à Provinciali, merito allociuntur.

Hi omnes jure communi, & divino tenentur, ut Rodericus docet, Tom. 2. quest. 4. art. 4. suos Religiosos visitare, & corrigere, ut communiter DD. ex illo Luca, Cap. 12. Et tu aliquando conversus confirma fratres tuos. apertiè colligunt; quæ quidem verba, teste eodem Roderico, ad omnes Prælatos, quorum muneri animarum cura annexa est, ex eundem. Idem etiam humano jure, Cap. Romana, §. 1. de Censibus in 6. & Canon. Relatum 1. 1. quest. prima; & expressius in Concilio Tridentino, 27. Sessione, Cap. 8. de reformatione: ubi de fine inquisitionis generalis, & de tempore, quo fieri debeat, sequentibus verbis omnes Religionum Superiores ferè admonentur: *Teneanturque sue Congregationis monasteria frequenter visitare, & illorum reformationi incumbere, & ea observare, que in sacris Canonibus, & in hoc sacro Concilio sunt decreta, & Cap. primo ejusdem Sessionis graviter Visitatoribus injungit: ut ubi collapsa est vetus, & Regularis disciplina, instauretur, & constantius ubi conservata est, perseveret, præcipue prout hoc decreto præcipitur, ut omnes Regulares, tam viri, quam mulieres ad Regulam, quam professi sunt, vitam instaurent, & componant. Et infra eodem capite: Omnique cura, & diligentia à Superioribus adhibeatur, tam in Capitulis generalibus & provincialibus, quam in eorum visitationibus, quas suis temporibus facere non præmittant, ut ab illis non recedatur. Nam si illa que sunt bases & fundamenta totius Regularis disciplina, exactè non fuerint observata, totum corrumpat adflicium, necesse est. Hactenus Trident.*

Hanc verò inquisitionem generalem Provincialis ex officio saltem semel in anno, in unoquoque Conventu facere debet: nec tamen opus est, ut hujusmodi inquisitionem aliqua infamia, aut clamorosa contra aliquem insinuatio præcedat, ut communis DD. sententia tenet, & expressè constat ex prædicto Cap. Romana, & ex Tridentino superius adducto, ac ex Juribus antiquis, in quibus, omnibus Prælati Ecclesiasticis ad purgandam Rempublicam, moremque in ceteris hominum reformandos, id ipsum præcipitur: & cum nemini fiat injuria, cum hæc sit generalis inquisitio, in qua nihil in particulari circa singulares personas inquiratur: & ex alia

Thom. à Jesu Oper. Tom. I.

parte in Communitatibus frequentet, vel motum emendatio, vel mali impeditio & averio ex hujusmodi visitationibus sequatur; manifestè consequitur, hujusmodi inquisitionem generalem non modò esse licitam, sed omninò protruenda Regulari disciplina necessariam. Præterea cum hæc inquisitio generalis solam ad prospiciendum bono communi, & ut Communitas à criminosis purgetur, fiat, non opus est, ut accusatio, aut denunciatio alicujus præcedat; cum teneantur Superiores ex officio, nulla etiam insistente parte, curare, ut Communitas purgetur.

Illud autem obiter, antequam ad ulteriora progrediamur, notandum erit; non teneri subditos in inquisitione generali, etiam interrogati, patefacere criminosos occultos, qui nulla talis criminis infamia laborant, ut communis DD. sententia tenet; nisi in illis casibus, de quibus inferius quarto, & plenius secundo Tractatu dicemus.

An verò teneantur Visitatores, quando ista inquisitione generali præcipiunt, ut culpæ eis manifestentur, admonere, & exprimere in suis edictis, & visitationibus, se illa tantum peccata inquirere, quæ laborant aliqua infamia? Respondendum cum Cajetano, Opusc. 17. Resp. 5. loc. citat. Visitatores non teneri; quia Superiorum mandata jam subintelliguntur, nihil contra jus naturale, vel divinum præcipere; quare omnino præsumendum erit, illos occulta non inquirere, ea inquam, quorum nulla est infamia, cum jure naturæ talia revelare prohibeamur; quam quidem Cajetani sententiam veram existimo, maxime si visitatio fiat in locis, ubi sunt Religiosi, qui faciliè possint interrogantes instruere. An vero Prælati locales, quales sunt Abbates, Priores, Præpositi, sive Guardiani, possint sua Monasteria visitare, hoc non tam ex jure, quam ex particularibus uniuscujusque Religionis Constitutionibus constare debet.

Ex jure enim hoc solum compertum est, ut constat ex Gelasio Papa in Epistola ad Opatonem, ut refertur in Cap. Nullam 18. q. 2. omnem Monasterii potestatem apud Prælatum residere, non solum in his, quæ ad Monasterii commodum, aut regimen temporale spectant: sed in illis etiam, quæ ad spirituale incrementum, & jurisdictionem reducuntur; nam cum Religio sit quædam schola adficientium perfectionem, medio Superiorum magisterio & doctrina, omnino fuit necessarium, ut apud Religionis Prælatos hujusmodi jurisdictio reperiretur, qua suorum subditorum conscientias possent consulere, Verbum DEI proponere, confessiones audire, Sacramenta ministrare, & tandem reliqua media ad propositam sibi perfectionem conducentia ex officio applicare, quibus etiam judiciaria potestas annexa est, ut asserit D. Thom. Quodlib. 1. art. 16. dum ait: *Prælati in Capitulis præstati sicut Judex Ecclesiasticus in judiciali foro.* Hæc tamen judiciaria potestas, vel Constitutionibus, vel consuetudine ipsa Religionis, Prælati immediatis, & localibus merito quantum ad graviores defectus corrigendos, limitata esse solet; quare ipsis subditorum quotidianas culpas in Capitulo, vel extra corrigere, ac singulos sibi subditos in officio continere, competit.

Mmm

CA

CAPVT II.

Qualiter à Visitatore debeat fieri generalis inquisitio, atque

De initio, aliisque præambulis Visitationis.

Accedens Visitator ad Conuentum, ut illum visitet, non patiatur se extraordinario apparatu excipi, nec præter ordinariam communis vitæ rationem in victu, & vestitu sibi quidquam parari permittat: gravitatem præsertim in actu visitationis ita remineat, ut auctoritatem, quam ejus munus postulat, seruire possit.

Primo post adventum die, Missam de Spiritu sancto, reliquis diebus orationes pro salutari visitatione fieri mandabit.

Non statim visitationem exordiat: sed ut Constitutiones nostræ statuunt, prius per aliquot dies se omnibus communicandum exhibeat, singulos alloquens insigni charitatis demonstratione, ut omnes fidenter ad eum recurrere audeant: omnia præterea occultè circumspiciat, & patrem potius, quam judicem se exhibeat, præsertim ubi monastica viget disciplina; cum ibi admittæ non tam malitiæ, quam fragilitati, frequentius adscribendæ sint.

His peractis Capitulum manè convocet, & dicto hymno, *Veni Creator*, &c. plenam charitate exhortationem habeat, in qua omnes ad perfectionis studium adhortetur: moxque præcepto secundum formam Constitutionum imposito, qualiter se in ejus executione gerere debeant, (si opus fuerit, ne Charitas offendatur) admonebit, sicque Capitulo finito dimittet omnes ad cellas.

Incipiat visitationem à Templo, cujus ostio clauso videat, quomodo custodiat Sanctissimum Sacramentum, & sacrum infirmorum Oleum, & Sanctorum Reliquias visitabit; nihil tamen ex illis auferet: sedes quoque Confessoriorum, & alia, quæ tam in Templo, quam in Sacristia ad divinum cultum spectant, inspiciet. Visitabit etiam omnes officinas, præcipuè Infirmariam, infirmosque consolabitur, & si quid desit, ab Officialibus seiscrabitur, ac de medio providebit, & si quid superfluum offenderit, relegabit; super omnia de spiritali Conventus, & singulorum Fratrum progressu investigabit: quod ut præter, vocet omnes sigillatim, & ordine, quo ei magis convenire videbitur: & seorsim omnes & singulos juxta catalogum infra ponendum, memoria potius, quam scripto interroget, & quæ advertenda judicaverit, ea breviter scribat.

In hoc examine incipiat à Priore, à quo petere debet, ut ea, quæ de statu Conventus, aut de Religiosis, aut de qualitatibus eorum noverit, sibi sincere referat. Præterea ab ipso brevem uniuscujusque Religiosi informationem accipiat: deinde incipiens ab antiquioribus, singulos vocet eo ordine, quo magis ei convenire videbitur, eosque interroget, juxta formam sive catalogam inferius præscriptam; sed in his interrogationibus se omnibus amabilem exhibeat, & benevolum, ne alicujus mentem suscipio

subeat, quod ob sinistras aliquas informationes minus hilarem vultum ei ostendat: singulosque ad se venientes benignè excipiat, & patienter audiat; raro tamen in confessione sacramentali, sed si opus fuerit, ad alium confessorium remittat. In hoc autem examine præstando expedit, ut sit solus sine secretario, ut visitati libertius aliorum defectus audeant revelare.

Visitationes præteritas, ac decreta, sive mandata eis ab aliis Visitatoribus imposita petat, & de eorum observantia diligenter inquirat.

Libertatem, fidemque in manifestandis his, quæ ad fructuosam visitationem spectant, omnino tueatur, ita ut quisque sine gratia, & sine metu, quæ sibi opportuna videbuntur, patefaciat; si quis autem deprehensus fuerit alium deterrere, aut quavis ratione impedire, quo minus ad ipsum liberè quidquam deferatur; aut verò ei, qui aliqua derulit, quidquam objicere; pro ratione culpæ ab ipso graviter puniatur. Horrentur omnes ad veritatem sincerè dicendam; ne sitaceant, ipsis damnosum, quod forsitan contra commune Religionis bonum eveniet, imputeur: sic autem rerum veritatem inquirat diligenter, ut nequaquam exigat ab aliquo, quod per sacram doctrinam, nec ipse exigere, nec alius ipsi propalare possint; ad quod præstandum, præxim Visitatoris ex sacra Theologia diligenter collectam, & inferius positam, ad unguem (ut a juri) observabit: Quæ autem inquirere debeat ad spiritualem profectum Conventus, ex subjecto catalogo colligere poterit.

CAPVT III.

Catalogus eorum, quæ in visitatione peti possunt pro communi Religionis, seu Conventus utilitate.

In nostra quidem Religione, ac similiter in aliis, ubi expedire videbitur, sequentia inquirat. 1. Si quid contra DEI legem acciderit, præcipuè, an sit aliquis defectus in charitate, & an inter Fratres pax & concordia vigeat? 2. De observantia trium votorum Obedientiæ, Castitatis, Paupertatis. 3. An erga Superiores amor, & debita obedientia observetur, & an in aliquo inobedienciæ, vel proprietatis vitium, aut aliquid patum honestam noverit? 4. De accurata nostræ Regulæ observantia quærat, maximè de studio Orationis mentalis, uti de præcipuo Institutii nostri scopo: & an ad illam, & alios Chori, sive Communitatis actus ferventer accurratur. 5. De officio divino, an studiosè, & cum debita pausa persolvatur? 6. De aliis Regulæ articulis, ut de jeuniis, de abstinentia carniùm, de silentio maximè post Completorium. 7. De jurgi in cella mansionè sedulo petat, & an sæpè extra Claustrum prodeant? & de nimia cum secularibus, præcipuè cum feminis familiaritate, & conversatione, tam intra, quam extra domum? 8. Serventurne exactè propriæ Constitutiones, Cereemoniæ, Decreta, & Ordinationes à Superioribus traditæ? 9. An Prælati vitam communem cum aliis, ita ut sanus cum sanis, infirmus cum infirmis, ac æqualitatem, tam in victu, quam in vestitu,

CAPVT IV.

De tribus viis, quibus subditi possunt defectus, quos noverint, Visitatori manifestare.

Diximus de examine, & interrogationibus à Prælo faciendis: restat, ut modum, & viam explicemus, quam subditi in manifestandis aliorum culpis tenere debent, ne facile in re tanti momenti aberrare contingat.

Trifariam potest quis in visitatione alterius culpam Prælo manifestare, 1. Via accusationis, scilicet quando quis defert crimen in libello accusatorio ad publicam vindictam legitima interueniente subscriptione. 2. Via denunciationis iuridicæ. 3. Per viam denunciationis evangelicæ. Veratur autem discrimen non modicum inter hanc triplicem viam; nam, ut ab accusatione, & denuncatione iudiciali incipiam, hæc inter se in multis differunt. Primò, quia accusatio est delatio criminis ad Iudicem gratia punitionis delicti, cum obligatione probandi delictum: iudicialis verò denuncatio est manifestatio criminis iudicè facta Prælo, ut ipse, seruatò juris ordine, corrigat, puniat, ac bono communi, prout sibi videbitur expedire, prospiciat. 2. differunt, quia debet fieri in scriptis accusatio: denuncatio verò sufficit, si fiat solo verbo, ut colligitur ex Cap. Super his, extra, de iudiciis. 3. Petrus ab Angelis lib. supra cit. 1. par. cap. 9. & scientiæ, ac zelo probandi onus relinquens, ut inferius differemus.

Præterea accusatio, & denuncatio iudicialis differunt, nam accusator nunquam potest assu- mi in testem; denunciator verò iudicialis potest esse simul, & testis, prout aperte colligitur ex Cap. In omni negotio, de testibus, scriptur. 3. Docent Sorò, de secreto, membro. 2. q. 4. part. 4. l. 6. & lib. 5. De iustitia, quest. 6. art. 2. concl. 4. Navarrus in Rubrica de iudiciis n. 19. & nos inferius Tract. 2. Cap. 8. plenius probabimus.

Denuncatio iudicialis, & Evangelica, (omissa nunc accusatione, quam ab Evangelica denuncatione differre dubium non est) multum etiam inter se differunt; nam in Evangelica, nunquam iudiciali processui datur locus, neque ullum iudicii stèpitem admittit, sed regulariter movet Prælatum ad solam paternam delinquentis correctionem, emendamque, vel ad summum potest aperire viam iudici, vel per famam, vel per aliud æquivalens, ut ipse novum instituat procedendi modum, per viam inquisitionis ex munere, servatis tamen servandis, ut infra Tract. 2. dicemus. In denuncatione verò iudiciali semper iudicialiter poterit procedere Prælatum, si ei expedire videbitur. Præterea in Evangelica non exigitur à denunciatore, neque à testibus iuramentum; in iudiciali verò, & à reo, & à testibus postulatur. Demùm (ut uno verbo concludam) in iudiciali omnia substantialia iudicii observari debent, quæ tali procedendi modo competunt; in Evangelica nihil aliud requiritur, quam charitativus & paternus affectus ad corrigendos delinquentes, forma inferius à nobis præscribenda.

Tribus modis possunt defectus in visitatione Prælo manifestari.

Accusatio & denuncatio iudicialis, in quibus differant.

Legend. Quia accusator tenetur probare, & si deficiat in probatione, pœna talionis multari debet: denunciator verò non tenetur ad probationem, sed iudici tantum delicta manifestare, Prælati conscientia, ac zelo probandi onus relinquens, ut inferius differemus.

Denunciatio iudicialis & Evangelica in quibus discrepent.

vestitu, & aliis servet? 10. De exemplo & doctrina Prælatorum, & an singulis octo diebus Capitulum Conventuale celebretur, & subditis, tam in necessitatibus spiritualibus, quam in corporalibus paterna charitate subveniatur? 11. An de rebus omnibus sufficienter, & æqualiter, inspectis ætatibus, & necessitatibus, omnibus provideatur; maximè debilibus & ægrotis? præcipuè petat, an spiritu paterno oves sibi commissas, tam in temporalibus, quam in spiritualibus regat & gubernet: vel potius in spiritu vehementi, & virga ferrea, ita ut subditi non audeant ipsum adire, eique confidenter cor suum, suasque necessitates corporales aperire? Et an communiter omnibus amabilem se præbeat, & æqualitatem erga omnes ita servet, ut saltem exterius non videatur personarum acceptator. 12. Quomodo officiales domus se gerant in suis officiis? 13. An exercitia spiritualia à singulis juxta nostras Constitutiones quotannis fiant, ac uniuscujusque spiritum exploret de Orationis modo, de præsentia DEI, de passionum mortificatione, tentationesque sciscitari studeat. In domo maximè Novitiatu præter hæc inquirat de recta Novitiorum educatione, & an Magister regulas in instructione descriptas observet?

Idem faciat proportionaliter in Collegio circa literarum profectum, & an Prior, & Magister Regulas pro studiis ipsis datas exactè observent. Præterea examinet libros computi, & sub præcepto visitationis petat, tam à Prælo, quam à Discretis veram, & apertam, tam accepti, quam expensi rationem: & præterea quibus debitis Monasterium graveur, & præcipuè hoc debet præstare in Monialium Conventibus.

Hoc Catalogo continentur ferè omnia, quæ inquiri debent. Sed ex his, quid à singulis rogandum sit, prudentiæ Visitatoris relinquimus; non enim hæc omnia omnibus proponenda sunt. Si judicaverit expedire, ut aliqua sibi majoris momenti scripto dentur, scripta servet diligentissimè, caveatque ne minimo quidem indicio eos, qui sibi aliquid produnt, referat.

In visitatione verò Monialium eadem ferè proportionaliter quæri possunt: præcipuè petat de Confessariis, (maximè si sint sæculares) de eorum vita, & conversatione, & an aliquam familiaritatem sæcularem cum aliqua Moniali habeant? Deindè sedulo scrutetur, an in victu, & vestitu sit aliquis abusus, vel diversitas? & an sæculares, sive Religiosi frequenter cum Priorissa, vel alia converentur? Clausuram diligenter inspiciat: confessionaria, tam intus, quam foris, rotasque introspeciat: præterea de bonis temporalibus, ac Monasteriorum redditibus attentè perquirat, & omnes computorum libros evolvat. Demùm in fine visitationis, tam Religiosorum, quam Monialium præcipiat, ut nemo agat illo modo amplius de culpis in visitatione correctis, inquirendo quis fuerit denunciator, aut quis omiserit denunciare, vel indicare aliquid Prælo.



Præterea denunciatio juridica contingere potest, quando impositio præcepto à Visitatore, ex vi illius præcepti denunciat quis juridicè, vel publicum, vel secretum peccatum. Secundò etiam contingit, cum nullo præcepto imposito denunciantur Prælato similia peccata. Prima & secunda denunciatio propriè dicitur judicialis; quia fit Prælato, tanquam iudici. Potest etiam publica appellari, quia fit ad publicam utilitatem, hoc est, ad punitionem criminis. Quibus adjungi potest privata denunciatio, quæ fit, ut quisque habeat sui damni compensationem. Eodem fermè modo Evangelica denunciatio fieri potest, si vè imposito præcepto, si vè non, qua Prælato manifestatur peccatum, tam privatum, quam publicum, tam ut bono communi, quam ut utilitati privatæ spirituali consulatur; prout latius explicabimus inferius à Capite s. hujus Tractatus.

Omissa verò nunc accusationis forma, ut potè quæ Religiosorum paci, & tranquillitati minimè videtur expedire, ac proinde releganda omnino est à Religionibus Reformatis, & benè institutis. Quare meritò in aliquibus Regnis, ut in Regno Galliarum, & aliis Rebus publicis non permittitur accusare, cum nullum sit crimen, quod non possit per viam denunciationis juridicæ manifestari, ac per ejus punitionem bono communi sufficienter consuli. De utraque igitur denunciatione, tam juridica, quam Evangelica, sed prius de Evangelica, dante DEO, disseremus.

CAPUT V.

De denunciatione Evangelica Prælato facienda, non ut iudici, sed ut patri: & prius de correctione fraterna.

Denunciatio Evangelica, quæ quædam obliget.
Solent Doctores inter denunciations Prælato faciendas denunciationem Evangelicam priori loco annumerare: est autem Evangelica denunciatio, peccati alicujus apud Prælatum manifestatio, non ad punitionem, sed potius ad emendationem fratris ordinata; vel ad evitandum, vel resarciendum damnum Reipublicæ, vel tertii, ubi opus fuerit: cum quis coincidit denunciatio canonica, ut Doctores affirmant: hæc autem locum habet, quando peracta fraterna correctione, frater non emendatus, recurrit corrigens ad Prælatum, denunciando illi peccatum, ut delinquens ab ipso paternè corrigatur, & damno imminente, vel illato provideatur: & quia hæc denunciatio fraternam correctionem præsupponit, ideo prius de correctione fraterna disseremus; quia ubi est locus correctionis fraternæ, ultra non est progrediendum.

Corruptio fraterna cadet sub præcepto obligante, jure divini, sub mortali.
Prima conclusio: Correctio fraterna jure divino cadit sub præcepto obligante sub peccato mortali. Conclusio est communis omnium Theologorum in 4. dist. 18. & D. Thomæ 2. 2. q. 33. art. 2. & 6. Probatum primò ex illo Matthæi 18. Si peccaverit in te frater tuus, vade & corripe illum, &c. Conclusio est de fide, ut docet Valentia, disput. 3. q. 10. puncto 2. Hanc probat D. Thomas, q. 33. art. 7. & Disputatus, q. de correctione fraterna art. 2. Primò, quia ex præcepto te-

nemur ad dilectionem proximi; dilectio autem eò præcipuè tendit, ut ei quem diligimus, bonum velimus; nam amare aliquem, nihil aliud est, quam velle ei bonum.

Triplex autem est hominis bonum: aliud exterius, quod in exterioribus consistit; quod inter alia bona minimum est; & secundum hoc bonum, tenetur homo sub venire proximo per elemosinam corporalis largitionem. Aliud est bonum hominis, quod est bonum corporis, in quo etiam tenemur in corporalibus homini operari. Tertium verò, & principale bonum est bonum virtutis, cui contrariatur malum peccati: ad hoc autem bonum consequendum, vel malum vitandum tenetur homo plusquam in aliis bonis ex charitate proximo auxilium ferre; & eò præcipuè, quando magis spectat ad rationem dilectionis ex charitate: & ideo tenetur homo ex præcepto dilectionis, proximo auxilium ferre ad virtutem consequendam; & fratrem in peccato existentem retrahere, ipsum corrigendo.

Secunda conclusio: In correctione fraterna primò consulendum est conscientie proximi, deinde secundario ejus famæ. La D. Thomas loci citatu ubi supra, & probat sequentibus rationibus. Prima pars probatur, quia finis correctionis fraternæ est emendatio proximi, quem intendimus à peccati periculo liberare. Duplex autem periculum imminet homini ex peccato, nempe scilicet periculum conscientie, & periculum famæ. Hæc autem duo ita ad invicem sunt ordinata, ut conscientia omninò famæ præferatur. Hoc igitur ordine Dominus voluit correctionem fraternam fieri, & primò quidem, si possibile sit, conscientie fratris provideatur per correctionem fraternam, ita ut in nullo famæ lædatur: deinde quia conscientia est famæ præferenda, si aliter frater emendari non potest, quam cum dispendio famæ, ea de causa ordinavit Dominus, ut publicè denunciaretur; Quod si ista iam ad publicam denunciationem procederet, frater patereut dispendium suæ famæ, quod quidem vitari omnino debet.

Confirmatur 1. quia fama unicuique est necessaria, tam propter seipsum, quam propter alios. In primis propter seipsum, quia bona fama est præcipuum inter exteriora bona; & secundum illud Proverb. 22. Melius est nomen bonum, quam divitiæ multa, ea quidem ratione, quia bona fama reddit hominem idoneum ad humana officia exequenda in conversatione humana. Et ideo dicitur Eccli. 4. 1. Curam habe de bono nomine: hoc enim magis permanebit tibi, quam nulle thesauri pretiosi, & magni. Sicut igitur peccator, qui absque necessitate causaret dispendium divitiarum; ita quidem multo amplius, si esset causa dispendii famæ, absque necessitate ejus peccatum publicandum.

Præterea fama homini est necessaria; quia propter conversationem famæ, homo multoties abstinere à peccatis, Quare cum aliquis videt se famam amisisse, pro nihilo ducit peccare. Unde Hieron. super Matth. Corripendus est scorsim frater; ne si semel pudorem, aut verecundiam amisserit, permaneat in peccato.

Nec solum propter seipsum fama est necessaria unicuique; sed etiam propter alios. Primò, quia homines peccatorum alicujus audientes, scandalizantur, & contemnunt quandoque non solum

folùm peccantem, sed & alios ejusdem O. dimis. Unde August. optimè in *Epist. ad Plabem Miconesem* scripsit: *Cum de aliquibus, qui sanctum non men proficiuntur, aliquid criminum, vel falsi sonuerit, vel veri patuerit, instanter fatagunt & ambunt, ut de omnibus hoc credatur. Hæc August.* Quia maxime procedunt de Religiosis imperfectis & tepidis, qui ex aliorum defectibus, & amissâ fama non parvam in suis relaxationibus consolationem habere solent.

Secundo, quia ex peccato nimis publico multum provocantur ad peccandum; & ideo sub præcepto cadit, ut non prius aliquis ad denunciationem procedat, nisi prævia fratris correctione. Hæc fecit omnia ex D. Thoma, *dicto art. 2. in corpore.*

Tertio, quia licet regulariter sit utilis Religioni etiam in peccatorum punitione: id tamen absolute non procedit, quando etiam sunt occulta: tunc enim utilis est Religioni conservatio fama, & honorii subditorum consilium, quam interpestiva infamia, aut punitione, quæ læpè turbantur Religiones, & aliquando Religiosi infirmos privari solent maximis bonis.

Tertia conclusio: Præceptum correctionis fraternæ est præceptum affirmativum: Ita docet D. Thomas 2. 2. q. 33. art. 2. & in *Disput. art. etiam 2. ubi supra.* Pro qua conclusione suppono, præcepta esse in duplici differentia; alia sunt affirmativa, alia negativa. Præcepta negativa, ut docet D. Thom. *art. 2. in corp.* prohibent actus vitiorum, & ideo obligant semper, & ad semper, ut non fiat. Præcepta vero affirmativa inducunt ad actum virtutum, ad cujus rectitudinem multæ circumstantiæ debent concurrere, ad hoc ut actus sit virtuosus, & fiat ubi debet, & quando debet, & quomodo debet: quia dispositio eorum, quæ sunt ad finem, attendi ut secundum rationem finis; correctio autem fraternæ ordinatur ad fratris emendationem, tanquam ad finem; ideoque hoc modo cadit sub præcepto, nempe suppositis circumstantiis debitæ respectu hujus finis.

CAPUT VI.

Quæ sint circumstantiæ, quæ concurrere debent, ut correctio cadat sub præcepto?

Quarta. & **quæ sit difficulte assignare circumstantiæ requisitæ, ut correctio fraternæ obliget sub præcepto.**

HAs autem circumstantiæ, ut inquit D. Thom. *dicto art. 1. in Disput.* non est possibile determinare sermone; sed quod eorum iudicium in singularibus consistit, & pertinet ad prudentiam, vel experimento & tempore acquisitionem, vel magis infusam, secundum illud *Joan. 3.* *Undis docebit vos de omnibus.* Hæc D. Thom. Et quamvis D. Thom. speciatim non determinet has circumstantiæ, Doctores tamen merito eas ad septenarium numerum reducant, quibus concurrentibus, certum est obligari nos sub mortali ad corripiendum proximum.

Septem assignantur conditiones,

Prima igitur circumstantia est, ut qui corrumpere vult, sciat certo, aut probabiliter peccatum proximi: neque est necessaria notitia se videns peccati, ut constat ex communi sensu, & usu priorum, & doctorum hominum; quia ad opem Thom. à Jesu Oper. Tom. 1.

randum prudenter, sufficit probabile & prudens seu circumdiciendum: quia cum multa peccata sint, quæ vix stantia possunt evidenter cognosci, quamvis probabiliter, & maxime prudenter ex circumstantiis posset deduci: non tenetur quis, si privata periona sit, inquirere aliorum peccata, ad eum finem ut corrigia; sicut rectè docet D. Thom. 2. 2. *dicta q. 33. art. 2.* quia non coivis integrum est, exploratorem agere vitæ alienæ; ad hoc enim tantum tenentur hi, quibus peculiariter incumbit ex officio cura aliorum.

Secunda circumstantia est, si constet proximum ab illo peccato non respicisse, nam ut bene advertit Sylvester verbo, correctio. *num. 2.* correctio non est necessario faciendâ, nisi de peccato, in quo quis peccaverat, aut quod aliqui commissurus videatur: nam si planè si peccatum, neque eo amplius proximus sit oblectus, potest quidem corrigi iudicè, & puniri à Prælato propter bonum commune, non autem à fratre corrigi: nam correctio fraternæ solum tendit ad privatum bonum proximi, removendo ab eo culpam: quod quidem non habet locum, quando proximus respicit.

Tertia circumstantia est, ut sit spes, correctionem fore utilem; quia si non est spes certa vel probabilis, non obligatur ad correptionem; quia ut colligitur ex doctrina D. Thom. *dicta q. 33. art. 2.* quod non est ex præcepto necessarium, nisi ut conducat ad aliquem finem; minime est necessarium cessante tali fine: at correctio fraternæ non est ex præcepto necessaria, nisi prout conducat ad emendationem fratris, tanquam ad finem: Igitur non erit correctio ex præcepto necessaria, cum talis finis cesset. Et confirmat ex eo potest: Quia præceptum elemosinæ corporalis non obligat ad elargiendam rem, quæ non est futura utilis ad sublevandam miseriâ corporalem proximi; ita neque correctio, quæ sit ad sublevandam miseriâ spirituales fratris, quando reparatum non necessitas ad talem effectum.

Sed dubium est, an sit necessaria certa spes, quod correctio sit futura utilis, vel sufficiat spes dubia? Cajet. in *Summa*, verbo, correctio. tenet, non sufficere dubiam, sed necessariam esse certam spem. Nobis verò placet, sufficere spem probabilem, & prudentem; juxta ea quæ nuper diximus.

Quarta circumstantia est, si non timeatur proximus evasurus absolute ex nostra correctione deterior. Quia quando quis nihil se effecturum apud proximum iudicat, imò illum deteriorem evasurum, si corripiatur; tunc enim certum est, non teneri quempiam corripere proximum: sed potius debere propriam correptionem intermittere, ut D. Thom. *dicto art. 6.* affirmat, & docet August. *lib. 1. de Civit. Dei Cap. 9.* Ubi affirmat, potius ad charitatem pertinere: *Ut qui corripiendis malè agentibus parcat; quia metuit, ne deteriores ex hoc efficiantur.* Dixi absolute deterior; nam si tantum putatur futurus deterior ad breve tempus, agere scilicet ferendo correptionem, postea autem omnino ad se rediurus, & beneficium correptionis agnurus, & planè se emendaturus; corripiendus esset, ut notat D. Thom. *in 4. dist. 19. q. 2. art. 2. quæstioncula 2. ad 5.*

Quinta circumstantia excusans à correctioe fraternæ est, quando prudenter iudicatur ab alio sufficienter corripiendum, vel sua sponte se emendat.

M m m 3

IESU

Spirit. II

dilectio aucto
diligentia, bo
nem, nihil aliud
nom: aliud ex
lit; quod in
undum hoc bo
ximo per elie
Aliud est ho
perioris, in quo
homini opem
bonum est bo
nialium peccati
dum, vel ma
liquam in aliu
um feret, & co
d rationem di
nerat homo ex
tilium ferre ad
em in peccato
endo.
ione tractata
e proximi, de
Thomas in
ibus canoni
nis correctio
q sem inter
Dplex autem
atio, nempe
m fama. Hæc
nata, ut con
loc igitur oc
m fratrem
it, confic
nem frat
deinde qui
aliter frater
lpendo ofi
, ut publicè
ublicam de
er parentem
vitari on
e est neces
oper alior
bona fama
e secundum
um, quæ
bona fama
ana officia
a. Et ideo
nomine: hoc
ofantur pro
qui abloque
artum; ita
pendi fia
publican
ia; quia
multoies
s vider se
are. Unde
orsum fra
tam ami
necesso
Primò,
edentes,
que non
solùm

mendaturum; tunc enim non tenetur eum corripere; ut nota Cajet. in Summa, verbo, *corruptio*. Et probari potest à simili: Quemadmodum enim non tenetur aliquis exhibere elemosynam corporalem ei, cui novit ab alio subventurum iri; ita pariter in nostro casu.

Sexta circumstantia. Si non adfit spes, in alio tempore, & meliori opportunitate futuram nostram correctionem fructuosiore proximis; tunc tenemur ipsum ita im corripere, alias consultiss est in aliud tempus differre. Ita D. August. *de Civit. Dei lib. 1. Cap. 9.* & D. Thom. *dist. 4. q. 33. art. 2.* & communiter alii Theologi in 4. *dist. 19.* Quia cum correctio fraterna ordinetur in profectum spiritualem proximi, qui correctionem differt ob majus bonum frattis, non facit contra præceptum correctionis.

Septima circumstantia. Ut peccatum sit mortale, vel saltem veniale, tale ex quo imminet ei periculum peccandi mortaliter; nam ad correctionem venialis simplicis, nullus tenetur.

Utrum tenemur corripere proximū constitutū in periculo peccandi venialiter

Dubium tamen oritur, an sit obligatio corripendi, quando frater solum est in periculo peccandi venialiter? Aliquorum opinio tenet, esse obligationem sub veniali corripendi proximum, quando est in periculo repetendi veniale peccatum ex consuetudine.

Hujus sententia fuit Sotus *lib. de regendo seculo. q. 2. concl. 3.* Cajet. in *Summa*, verbo, *correctio*, & alii non contemnendi Auctores. Communis vero est contraria sententia, scilicet non esse obligationem corripendi fratrem ob solum periculum repetendi peccatum veniale. Hanc sententiam tenet Sylvest. *verbo. correctio. q. 1. & B. nes. 2. 2. q. 33. art. 2. dub. 2.*

In hac dubitatione certum est, neminem (si de privatis hominibus loquamur) teneri sub mortali ad correctionem venialis peccati; nam peccatum veniale quodcumque illud sit, est miseria levis, & ita non erit mortale omittere correctionem hujusmodi; secundò videtur valde durum obligari quem etiam sub veniali, ad corripendum fratrem constitutum in periculo repetendi veniale peccatum; potius enim causaret turbationem in communitatibus tam frequens correctio, quam utilitatem aliquam vel profectum spiritualem. De Prælatorum vero obligatione mihi placet sententia M. Bañes *loco citato*, qui duo docet. Alterum, Superiores Religionum obligari sub mortali ad reprehendas consuetudines aliquas contrarias Religioni, quæ sententia placet viris doctis; quia permittere peccata venialia, vel defectus contra Regulas & disciplinam Religiosam, redundare potest in magnum detrimentum ipsius Religionis; Et idem sentiendum de obligatione Prælati ad reprehendum subditum fraterna correptione propter aliquod genus peccati nocivum Religioni, v. g. propter impudica aliqua verba, aut quid simile, quod Religiosos maximè dedecet.

Ad hoc non tenentur privati homines; nisi peccatum illud veniale esset proxima dispositio ad mortale. Tenentur tamen Prælati, in pluribus casibus, etiam veniales, sub gravi culpa reatu, desectus corrigere. Ad quos alios hac doctrina extendi potest, & debet.

Quæ omnia vera sunt, nisi alias peccatum veniale esset proxima dispositio ad mortale; quia tunc proximus est in gravi periculo, & necessitate. Ita Sylvest. *verb. correctio. q. 1.* & alii Auct. quos citat, & sequitur P. Azorius *Tom. 2. lib. 12. Cap. 14. q. 4.* Unde non est dubium, quin aliquando peccatum veniale possit esse sufficiens materia charitativæ correctionis, etiam sub præcepto, ut bene advertit P. Suarez in *Tract. de cha-*

ritate, dist. 8. Quod quidem præceptum strictius obligat eos, qui tenentur ex officio & iustitia alios corripere; quales sunt Prælati Religionum, qui ex officio, ut eruditè advertit Magister Soto, *membro. 2. q. 2. concl. 3.* tenentur curare non solum, ut subditi vitent mortalia, sed etiam ut ad perfectionem tendant, ac præterea ut vitent impedimenta, quæ obstat ut vitentur. Quare si Prælati nimis se negligenter gerat, & maximè si defectus sint generales Communitatis, vel ex eis aliqua relaxatio alicujus Constitutionis imminet, poterit esse obligatio sub peccato mortali ad corrigenda illa.

Quam quidem doctrinam apertè docet P. Suarez, *ubi supra*, quæ obligatio ex mente ipsius merito etiam extendi debet ad alias personas, quæ in aliquibus actionibus vices Prælatorum gerunt, quales sunt Zelatores, vel illi, qui constituti sunt ad observandos aliorum defectus, quamvis cæteri de Communitate non tenentur aliorum vitam servari, neque effici exploratores vitæ aliorum; contra id quod dicitur Proverbiorum 5. *Non quaras impietatem in domo justi*, ut bene in hoc proposito docuit S. Thom. 2. 2. q. 33. *art. 1. ad 4.* Cajet. in *Summa*, verbo, *correctio fraterna*, imò neque illi, qui constituti sunt à Superioribus Zelatores aliorum defectuum, debent esse nimis solliciti ad inquirendum aliorum culpas; sed sufficit, ut beneficium correctionis impendant illis, qui sibi occurrunt, vel quorum culpa notæ sunt in Communitate, ut expressè docet D. Thom. *ubi supra*, & nos plausius in *Expositioe nostra Reg. Cap. 10. dub. 2.* tradidimus.

CAPVT VII.

Exponuntur aliæ circumstantiæ servandæ in correctione fraterna

Præter dictas circumstantias, oportebit expendere alias non minus utiles ac necessarias; scilicet personæ corrigendæ, corrigentis, peccati commissi, Prælati etiam scienda est denuntiatio, &c. ex his enim circumstantiis bene pensanda erit poterit colligi, quando aliquis per se, vel per alium debeat frattis emendationem curare, nam si delinquens sit persona gravis, ut potè Prælati, Senior, Doctor; & corrigens omninò sit inferior aetate, scientiæ, &c. &c. vel si peccatum sit contra maiorem occasionem reincidentia, à qua solus Prælati possit liberare; tunc non debet facile quis sperare frattis emendationem, poteritque in illo casu immediate Superiori denunciare denunciatione Evangelica, de qua infra.

Si vero persona corrigentis excedat in qualitatibus supradictis delinquentem, & possit illum præservare à reincidentia; tunc ex præcepto tenetur per se ipsum corrigere delinquentem, quia tunc est probabilis emendationis spes; nisi alias delinquens sit natura protervus, vel delictum talis naturæ, aut conditionis sit, ut vix ulla deo sperari possit emendatio. Nam ut bene advertit S. Thom. *de just. & iure. q. 68. art. 1. contr. 2.* Quædam sunt delicta, in quæ qui sciens & prudens labitur, difficillimè solet ab eis recedere, aut revocari, ob multam animi, & mentis cæcitate, quam loquitur similia vitia secum adferre;

aut ob veteratam consuetudinem, talia committendi delicta. Quia ratione sicarius, latro, homicida, talibus delictis in veterari rarissime convertuntur, juxta illud Hieremias Cap. *Si potest Ethiops mutare pellem suam?* Quare in his, & similibus delictis nemo debet de se tantum presumere, ut puer tales malefactores posse sua correctione emendare; nam licet simpliciter id sit possibile, moraliter tamen id rarissime accidit: & de moribus hominum debemus judicare secundum illa, quæ communiter, & frequentet accidunt.

Hanc sententiam expressè faveat Cajet. Tomo 1. *Opusculorum Tract. 31 respons. 5. ad primum.* Ubi agens de delictis, quæ vergunt in perniciem publicam, in quibus delinquentes tenentur complices manifestare, ita scribit: *Nisi forte probabiliter credetur correctione fraterna eos amplius non peccaturos: quod non facile credendum est de Religiosis, præsertim hujusmodi sceleribus irritis: sed dubitandum potius videtur, quod fingent se emendare. Et propterea tutius est in hujusmodi casibus Pralato petenti per se, vel per alium denunciare, &c.* Hæc Cajet. Cujus quædam verba in elligenda sunt tantum de Religiosis indaratis, & protersis: regulariter tamen loquendo de aliis sperari potest, & debet correctio; cum frequentius non peccent malitia, sed vel ignorantia, aut ex fragilitate.

Similiter, inquit idem Salon, sunt quedam peccata, in quibus si aliqua mora in eorum obviacione interfit, bonam commune maximo periculo exponitur, eujusmodi sunt hæresis, prodition Civitatis, &c. quibus nisi cito occurratur, breviter executioni mandabuntur, & forsitan, dum in delinquentis correctione immoramur, bonam commune periclitabitur. Præstat igitur juxta prudentiæ leges bono communi, accusando delinquentes, prospicere, quam eorum particulari bono consulendo, hæc correctionis accusationem differres præcipue cum certus sit, eos non convertendos, imo si admoneantur, cautius & secretius nocturos. Nam ut bene advertit D. Thom. in Disput. art. 2. ad 10. *In talibus, in quibus mora denunciationis est periculosa, non oportet expectare admonitionem, sed statim procedere ad denunciationem; neque hoc est contra præceptum Christi; Nam non est solum in te, sed in multis. Dominus autem dicit: Si peccaverit in te frater tuus, &c. Dixi: sciens & volens, ut excludam eos, qui ob ignorantiam, aut aliorum deceptionem in similia delicta labuntur; nam hi facilius de sua ignorantia resipiscunt.*

Hactenus de circumstantiis diximus, quæ variari possunt; quia non semper, sed quandoque observari debent. Dicamus jam de aliis, quæ invariabiles esse debent.

Prima earum est, Ut correctio, quæ est actus misericordie, & charitatis, non acerbè, sed quantum fieri potest, cum lenitate, & humilitate suaveriter fiat; nam ut bene advertit, S. Gregor. Nazianz. in *Oratione de moderatione in disputationibus habenda*, agens de forma observanda in correctione fraterna, inquit: *Hanc rationem tene, ut partim illum corrigas, id quod leniter, & humane, non ut hostis, neque ut durus, & rigidus Medicus, neque ut sectiosus tantum, & cauterium adversus morbum sciens grassari, partim te ipsum accusas, infirmitatisque tuæ sibi confisus sis.*

Quare Theologi exemplo boni Medici spiritua-

talem hanc curationem merito explicarunt. Nam sicut Medicus salutis, & incolumitati corporis ita debet prospicere, ut quoad fieri possit, id faciat sine detrimento ullius membri, nisi forsitan opus esset pro salute tuenda aliquod membrum minus præcipuum refecare: vel qui olei unctioe possit vulnere mederi, vellet illud ignis adustione curare. Ita pari modo qui proximum corripit, debet procurare salutem spiritualem ipsius sine detrimento illius boni etiam inferioris ordinis, ut famæ & fortunatum, &c. quoad fieri possit; nec enim majori ipsius dispendio debet salutem spiritualem curare, quam ad eum fore finem sit opus. Ita ratiocinatur D. Thom. 2. 2. q. 33. art. 7. & communiter Theologis, cuius ea ratio esse potest. Nam præceptum correctionis ita servari debet, ut in modo illud exequendi, contra proximum non peccetur. Et ita adhibenda est correctio, ut ejus fama non lædatur absque justa necessitate, cum scilicet id non esse necesse ad salutem spiritualem proximi, quæ est finis correctionis. Quare hujusmodi præceptum ita est observandum, ut proximi fama absque justa necessitate non lædatur, dum ea illæsa, obineri possit finis correctionis, nempe salus proximi spiritualis.

Unde modum quandam specialem correctionis præscribit Dominus, *Matth. 18.* qui regulariter juxta rectam prudentiæ rationem, idoneus, & necessarius videtur ad assequendum finem correctionis cum nulla, vel certè cum minima jactura famæ proximi; qui proinde correctionis modus debet moraliter observari ex præcepto divino, etiam si nunquam esset à Domino traditus. Hunc modum exposuit Dominus loco citato his verbis: *Si peccaverit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te & ipsum solum: Si te audierit, lucratus eris fratrem tuum: si te non audierit, adhibe tecum adhuc unum, vel duos, ut in ore duorum vel trium testium stet omne verbum. Quod si non audierit eos, dic Ecclesia. Si autem Ecclesiam non audierit, sis tibi sicut ethnicus & publicanus.*

CAPUT VIII.

In quo explicatur modus observandus in correctione fraterna à Domino præscriptus.

IN hac re illud in primis est certum apud Theologos præceptum de modo corripendi à Domino præscriptum, non esse novum, sed potius explanationem divini, & naturalis præcepti, ut correctio assequatur suum finem, idque fiat cum minima, vel nulla seicè jactura famæ proximi. Ratio est, quia tales possunt esse personarum & peccati circumstantiæ, ut ipsa prudentiæ ratio, & naturæ lex dicat, illo ipso modo instituentem esse proximi correctionem, ut communiter Theologi in 4. distinct. 19. affirmant.

Secundò certum est, illud præceptum de modo correctionis esse affirmativum, ac licet de præcepto ipso correctionis superius Cap. 5. annotavimus ex D. Thoma; ac proinde non obligare pro omni tempore, & in omni casu; sed quando necessarius futurus videbitur ad finem correctionis absque justa læsione famæ proximi. Quod expressè indicavit August. *serm. 16. de verbis*

Domini, ubi differens de illo modo corripendi à Domino imperato, ita scribit: *Discernere* (inquit) *debemus aliquando istud, aliquando illud esse faciendum, aliquando corripendo fratrem, & inter te solum, aliquando coram omnibus &c.* Dixi, *præceptum esse affirmativum*, & non quomodocumque, sed etiam valde speciale, ut potest præscribens quendam corripendi modum valde determinatum, qui ut opportunè accommodetur in casibus particularibus, requiritur quoque ut concurrant determinatæ circumstantiæ, quæ facili deesse solent in quibusdam casibus, in quibus modus ille non est servandus, ut sequentibus conclusionibus explicabimus.

Peccata publica, que dicuntur & an in illis observandus ordo præscripsit. Prima conclusio. In peccato publico necessarium non debet servari ille ordo, scilicet ut propter famam proximi servandam, primò fiat secreta correctio, *Voco peccatum publicum*, quod vel publica infamia divulgatum est, vel in judicio convictum, vel in aliqua vicinia, vel Collegio, aut Communitate manifestum. Ratio est, quia jam in illo caso, fama proximi perditur: quare licet eo caso Prælati paternè denunciare, si ex ejus correctione paternè speretur, fratris emendatio. Et confirmatur ex Apostolo 1. ad Timor. 2. *Peccantem coram omnibus argue, ut ceteri timorem habeant.* Quod si publicis peccatis posset subveniri, & proximo, & scandalo publico sine publica reprehensione, nimirum secretè corrigendo fratrem, & efficiendo, ut ipse suo bono exemplo tollat scandalum, ita esset servandam ex mente Adriani, de correctione fraternæ: quod ratio sperari potest. Ut affirmat P. Suarez *disp. 3. de correctione, sect. 6. n. 4.*

Quid de peccatis occultis, & periculis in damnum Communitatis, aut aliquorum particularium, si majus sit, quam illa fama proximi qualis sit, que saluta-

Secunda Conclusio. Si peccatum sit occultum, tamen cedat in damnum Communitatis, & periculum sit in mora, neque spes ulla sit: nostra correctione impediendum, ut si quis machinetur prodicionem Civitatis, tunc denunciandum est Superiori, ut efficaciter fratrem corrigat, & malum avertat à Communitate. Ita expresse docet D. Thom. *dist. 4. q. 3. art. 7.* & communiter alii Theologi.

Tertia conclusio. Peccatum proximi, licet occultum, quando cedit in alicujus vel aliquorum detrimentum majus, quam sit jactura illa, qualiscumque fame proximi apud Superiorem, si ad eum statim illius peccatum deferatur, ut paternè correctione fraternè emendet, ac aliorum indemnitati prospiciat, ut si quis v. g. machinetur necem alicujus, tunc enim vita ipsius anteponenda est alterius fame, teste Paludano *m. 4. dist. 1. q. 4.* quæ sententia communis esse solet aliorum Theologorum.

Quarta conclusio. Quando peccatum natura sua est ita contagiosum, ut nisi efficacissimè remedia, & cunctis Superioris auctoritate adhibeantur, ordinariè solet serpere, & inficere Communitatem; tunc est denunciandum statim Superiori, ut securius Communitatis bono prospiciat: quale est peccatum hæresis. Ratio est, quia peccatum istud natura sua valde exitiale esse solet, cum evartet præcipuum fundamentum salutis, nempe fidem. Quare nunquam, aut rarissimè potest quis ad eò certò hæretici emendationem, per suam privatam monitionem sperare; maxime cum vix sperari queat hæreticum admittitum socii admonitionem, cum Ecclesiam totam per hæresim contemnat. Utendum igitur

est efficaciori, & securiori remedio, ut in tanta re, bono tum communi, tum privato consulatur.

Objicies. Quia D. Thomas *dist. 4. q. 3. art. 7.* manifestè affirmat in prodicione, aut hæresi, statim oportere denunciare Superiori. Et ad id *Nisi forte aliquis firmiter existimaret, quod statim per secretam admonitionem posset hujusmodi mala impedire.* Nam D. Thomas ibi intelligit in caso, quo satis certò, & efficaciter, & statim possunt hujusmodi mala aliis perniciosè impediri per secretam admonitionem; quod, ut rectè notant communiter Auctores, in peccato hæresis, vel nunquam, vel rarissimè prudenter spectari poterit, propter rationem superius allatam.

Unde hæc limitatio adducta est à D. Thoma, & communiter ab aliis Theologis, non tam ob crimen hæresis, quam ob alia, quæ sunt perniciosè aliis; sed in aliis quidem materiis, ut prodicionis Republ. &c. in his enim facilius foret posset aliquando contingere, ut per secretam admonitionem sufficienter cavetur aliorum indemnitati; propter quam causam regulariter omnia peccata aliis perniciosè oportet statim denunciare Superiori, ut patet, ut superius secunda, & tertia conclusione notavimus. Videnda sunt ea, quæ *inferius Cap. 12.* dicemus, & in partem in his casibus observanda.

CAPUT IX.

In quibus casibus possit peccatum secretum fratris Prælati, ut patet manifestari.

In primis est certum, quod quando sufficienter, & commodè speratur emendatio fratris per nostram privatam admonitionem, tunc non esse detegendum peccatum secretum Prælati, sed omnino servandum correctionis præceptum: Hæc est communis Doctorum sententia, & idem intelligendum, ubi dubium est, an Prælati prudenter procedat ut patet; quia in hoc dubio prævalet possessio juris propriæ fame, quam subditus habet.

Secundò. Certum est etiam, non licere fratri per secrete admonitionem emendatò, peccatum ejus indicare Prælati, etiam tanquam patri, etiam si speretur, ut melius eum corrigat, & præcaveat in futurum, ut sit tutior à recidiva; licet contrarium affirmet Ricar. *in 4. dist. 1. q. 3. quest. 1.* Cujus sententia adscribi solet Divo Thomæ. *Quodl. 1. art. 13.* Bonaventuræ, Sylvest. & alius, quos refert, & sequitur P. Sanctus Tomo 2. *in præceptis decalogi lib. 6. Cap. 12. n. 46.* Sed verior videretur contraria sententia, quam sequitur Adrianus *in quest. de correctione, §. pro hujus decisione.* Paludani *in 4. dist. 1. q. 4.* Sotus *in relectione de secreto, membro 2.* Navarri *in Manuali Cap. 24. n. 14.* ubi expresse affirmat, id esse illicitum, & Valentia 2. 2. *disp. 3. q. 10. puncto 5. §. 2.* Quæ sententia manifestè probatur ex illis verbis Domini, *Matth. 18. Si es audieris lucratorem fratrem tuum.* Quasi dicat: nihil superest amplius, sed ibi erit nascendum, ut contineatur fama fratris.

Et confirmatur; Nam ut rectè censet Adrianus, sicut gravius est diffamari apud gravem, & honestum virum, quam apud alium; ita etiam apud Præla-

Praelatum, apud quem unusquisque magnificat bonam estimationem sui. Igitur non debet laedi fama proximi apud eum, quando id ad finem correctionis non est necessarium; quia supponimus fratrem esse emendatum per secretam admonitionem. Neque fundamentum, in quo nititur contraria sententia est firmissimum; non enim pro qualicumque bono spirituali proximi licitum est ei damnum inferre in bonis temporalibus; sed tantum pro eo, quod est ad salutem necessarium; qualis non est ordinariè illa major securitas à reincidentia.

Præcipua tamen difficultas est, an præmissa correctione fraterna frustra facta, liceat peccatum fratris indicare Prælato, non ut iudici, sed tantum ut patri, priusquam illud manifestet uni, aut alteri; qui etiam testes, possint adhiberi.

In hac re D. Thomas, *dicta q. 33 art. 8. ad 4.* exultimat Prælato prius peccatum debere manifestari tanquam patri; quam testibus: Prælato (inquit) *ut est persona quaedam singularis.* Et pro sua sententia adducit locum Augustini in *Regula 3.* Ubi videtur planè hoc affirmare. Quare tenent sententiam D. Thom. tanquam Augustini, viuentes eisdem penè verbis, quibus D. Thomas. Ita Sotus in *relezione, membrò 2. q. 4. ad tertium principale argumentum.* Sylvest. *verbo, correctio, num. 4. Adrian. in quest. de correctione fraterna, in fine.*

Vid. 3. In contrarium est auctoritas multorum, qui simpliciter, & absolute sentiunt, oportere omnino juxta ordinem à Christo præscriptum indicari prius uni, aut duobus testibus, antequam indicetur Prælato, etiam ut patri. Ita docet Hugo de S. Vict. in Regula Augusti. Cap. 6. Alber. Mag. Navar. & alii, quos adducit, & sequitur Gregor. de Valent. Ubi supra S. 2. Quamvis ipse existimet D. Thomæ sententiam esse valde probabilem. Hanc sententiam probat Sotus ea ratione; quia tunc secretius, & cum minori dispendio famæ, dicitur prius Prælato, quam manifestetur testibus: quia si frater à Prælato corrigatur, ibi sistendum erit, & peccatum cæteris non innotescit.

Nec valet quod obijciunt Auctores contrariæ sententiæ; quia optandum magis est peccata nostra nota esse testibus, aut quatuor, quam uni viro gravissimo, & nobis conjunctissimo; nam ejus de nobis bonam estimationem pluris facimus, quam si quatuor alii bene de nobis opinentur: fama enim subditi apud Prælatum magni æstimanda est: & ideo sine extrema necessitate non est prodigenda; quia nos tantum loquimur de Prælato viro pio, & prudente, qui magis possit prodesse, quam obesse. Quare in hoc casu subditus esset irrationabiliter invidus, sicut esset filius, quando ejus peccatum patri proprio diceretur, antequam aliis manifestaretur. Utraque quidem sententia videtur nobis valde probabilis; Probabilior tamen est hæc secunda, quæ docet, Prælato etiam ut patri, sine magna necessitate non esse manifestandum.

Ultimò constituo; Quod si fortè eveniret, ut certò vel probabiliter existimet fratrem relapsurum, nisi præeritus ejus lapsus indicetur Superiori; ut tunc sit à recidiva, tunc negare non possumus, quin licitum esset Prælato, ut patri indicare, casu quo ipse solus possit eum à relapsu liberare. Ita tenent expressè Adrian. Sotus, & Valentia etiam ubi supra.

Hæc sententia ratione aperte probatur; Quia

unusquisque tenetur consulere bono spirituali proximi cum minimo periculo, quantum fieri potest, suæ famæ. Sed in casu posito non possum liberare proximum in verisimili reincidendi periculo, nisi denunciem Prælato, quia ipse solus potest eum liberare, ut in propositione supponitur: Ergo teneor tunc Prælato ut patri denunciare.

Sed dices: quia minimè oportet infamare proximum; quod intrinsecè est malum, propter ejus bonum spirituale. Respondetur: Quod manifestatio hujusmodi defectus Prælato, qui potest prodesse, & non obesse, per se non est intrinsecè mala; unde licet ea uti tanquam medio necessario ad majus bonum proximi, quam sit conservatio famæ ipsius apud Superiorem.

Secundò obijcitur contra nostram sententiam; Quia ut P. Suarez mordicus cum Soto tenet, *Tomo 4. disp. 34. sect. 3.* nemo potest absque culpa lethali, & obligatione restituendi famam, detegere peccatum occultum, & privatum viro viro gravi & taciturno, adhuc sine intentione lædendi, quando persona criminosa, & quæ peccavit pendet ab illa gravi persona in ratione, & institutione vitæ, in suffragiis, in favore, in honore, &c. At quisnam est Religiosus, qui non pendeat in his omnibus, vel saltem in aliquibus à suo Superiore?

Respondetur: P. Suarez ibi fuisse locutum respectu personarum secularium, quæ magis sunt sui juris, & magis pendet ex fama vel infamia, & minus tenentur ad perfectionem spirituales; in quo casu eorum peccata non essent facile Superioribus manifestanda: secus dicendum de Religiosis, ut ipse se P. Suarez explicat *disp. 8. de correctione fraterna, num. 17.* Quæ differentia inter Religiosos, & seculares, quantum ad ea quæ diximus, clare significatur in *Cap. Qualiter & quando, de accusationibus.*

Ultimò obijci potest. Quia plura inconvenientia in praxi sequuntur ex illa doctrina, maxime in Religionibus; nam communiter loquendo, nec in delatoribus, nec in Prælati est tanta pudentia, quanta requiritur ad servandum secretum: & ad consulendum famæ proximi.

Respondetur: Hoc forsàn aliquando posse contingere: & tunc in casu quo Prælatus non esset verus pater, forsàn delator excusaretur à denunciatione. Sed nos loquimur casu quo Prælatus sit pius, & prudens, & quod nullum habeat odium contra subditum, & quæ ex affectu verè paterno subditi delinquenti, tanquam dilecto filio curet remedium adferre, qui etiam sit tenax secreti, & qui magis possit prodesse, quam obesse, qualis depingitur à D. Tho. *Quodlib. 11. art. 13.*

Ac demum concludo cum D. Thom. *Quodlib. 11. ubi supra in corp.* ubi inquit: *Propter varias circumstantias non potest certa regula assignari: ideo habendum pro regula est, quod in omnibus istis servanda est charitas, & quod melius, & magis expedire videtur, si hoc intendat, scilicet emendam fratris, servet quantum potest bonum charitatis, tunc denunciando non peccat.* Quam doct. nam latius prosequitur in *Disputat. 9. de correctione fraterna art. 1.*

IN IESU
Spiritus
II

o, ut in tanta
to consilium
Et q. 33. art. 7.
aut heresi, ho-
ni. Et addit: *Si
quod statim per
modi mala in-
signi in casu, quo
possint hujus-
modi per secretam
ostant commu-
vel nunquam
crebit, propter
est à D. Tho-
ogis, non tam
quæ sunt per-
tatis, ut pro-
o scilicet hunc
secretam ad-
aliorum in-
tam regulariter
correbit suam
uperius fecer-
mus. Videndi
mus, & in pati*

IX.
peccatum
ut pa-
do sufficien-
dando famam
em, tunc non
tum Prælato,
tionis pizece-
um sententi-
n est, an Præ-
quia in hoc
oprie facte,
licere, fratre
atò, peccat-
quatuor patri,
igari, & præ-
divis; licet
n. 19. or.
bi solè D. Tho-
ura, Sylvest.
n. 24. Sed
iani sequitur
o hujus dicit-
Sotus in re-
is in Manuali
id esse illu-
pando 1. 8.
ex illis rec-
lucet, ut non
operet am-
eretur si-
ter Adrian.
m, & ho-
tari apud
Præla-

CAPVT X.

An correptione præmissa, testibus adhibitis, peccatum Evangelicè debeat denunciari Prælati tanquam patri?

Quando circumstantiæ sunt ejus conditionis, ut modus prædictus correptionis fraternæ, nempe ut secreta correptione facta testibus quoque adhibitis, prudenter judicetur futurus utilis, & necessarius, ut cum nulla, aut minima lætura famæ proximus corrigatur; omnino est servandus ex præcepto Domini. Illud tamen restat examinandum, an quando in correptione fraternæ pervenitur ad tertium, & ultimum gradum ejus ordinis, quem Christus præscripsit, nempe ut Prælati Ecclesiæ, (post adhibitos testes) peccatum fratris manifestetur; debeat illi peccatum indicari ut judici, vel forsitan ut patri: vel ut judici & patri, ut utroque titulo consulat & bono fratris, & communi?

Prima conclusio: Post gradum illum correptionis, debet peccatum manifestari Prælati, non solum ut patri, sed etiam ut judici, eo sensu, quo inferius explicabitur. Patet. 1. ex illis verbis Christi: *Dicit Ecclesiæ*; significans Prælatum, ut repræsentat Ecclesiam, tanquam persona publica, atque adeo ut iudex. Quare illis verbis significatur, debere Prælati ita manifestari, ut possit res per sententiam judicis venire in notitiam Ecclesiæ, si ita expediat, & concurrant alia requisita, de quibus infra dicemus. Ita Chrysost. & alii PP. interpretantur. Item quia per illa verba: *Si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus, & publicanus*; significavit Dominus, debere dici Prælati tanquam ei, qui possit etiam præcipere sub pena excommunicationis, ut Ecclesiasticus iudex. Quare D. Thom. art. 8. q. 33. expressè in resp. ad 4. docet denunciationem hanc, quæ debet tertio loco fieri post inductionem testium, fieri debere Prælati sicut in loco judicis residenti. Et ratione probatur. Quia finis correptionis fraternæ eò spectat, ut quantum fieri potest, consulatur bono particulari fratris. Igitur quando ad tertium illum correptionis gradum perventum est, scilicet quando post testium inductionem, res ad Prælatum defertur, procurandum est fratris bonum per illum etiam, quatenus iudex, qui non solum bonum privatum, sed & commune ex justitia debet procurare.

Secunda conclusio: In tertio correptionis gradu peccatum fratris debet Prælati indicari tanquam patri, ut constat ex illis verbis Domini: *Si te audierit, lucratus es fratrem tuum*. Quasi aperte nos doceat: in omnibus correptionis gradibus, debere tanquam finem esse propositum bonum fratris, quod non solum fratres alii, sed & præcipue Prælati, tanquam pater ratione sui officii, ex charitate debent velle ei bonum spirituale. Quare maximè adhibendus est Prælati tanquam pater, ut delinquentem in viam revocare studeat, tanquam pater filium naturalem. Et ratio probatur. Quia tunc petitur à Prælati, ut corrigat delinquentem sicut pater; ut constat ex Cap. Novit. extra de Judiciis. Igitur petitur ab illo officium paternæ charitatis. Hanc sententiam

supponunt communiter Doctores, eamque speciatim tenet Magister Bañes dicto art. 2. dub. 4. in responsione ad 2. argumentum.

Tertia conclusio: Denunciatio prædicta debet fieri Prælati præcipue ut patri; quia cum illa denunciatio sit quidam gradus, seu pars correptionis fraternæ, pro suo objecto formali & præcipuo habere debet particulare bonum fratris. Quare quando ad finem correptionis fraternæ per denunciationem queritur auxilium Prælati, cum Prælati agitur præcipue ut cum patre.

Præterea, quia finis correptionis fraternæ in omnibus gradibus salva ratione boni communis, est salus fratris. Ergo cum per denunciationem Evangelicam Prælati denunciamus, eò ratiō præcipue tendimus, ut ipse se gerat ut pater erga fratrem in correptionem fratris. Quare in hoc casu simul ut Prælati ut judici, & ut patri denunciamus, præcipue tamen ut patri, minus verò præcipue, ut iudici, quasi materialiter. Ita interpretandi sunt Doctores, cum affirmant, quod per correptionem fraternam manifestatur Prælati non ut iudici, scilicet præcipue: sed ut patri, quod possit prodesse, & non obesse.

Ex his patet discrimen, quod communiter à Theologis assignatur inter denunciationem hanc fraternam, seu Evangelicam, aut penitentialem (ut alii vocant): & inter juridicam ex alia parte, quod fraternæ hanc & Evangelicæ denunciatio præcipue habet pro scopo particulare bonum fratris, procurandum illi à Prælati ex paternæ charitate. Denunciatio autem juridicæ tanquam in finem principalem: tendit in bonum commune, quod redundat ex punitione improborum, quamvis etiam materialiter & secundario in bonum privatum fratris, quod etiam iudex procurare debet salvo bono communi.

Secundo sequitur etiam ex dictis, non posse Prælatum ex hac denunciatione Evangelicæ delinquentem punire, præcipue per penas ordinarias à jure constitutas: posse autem & debere omnia alia ratione idonea eum, ut emendetur, corrigere, atque etiam ipsū punire ad eum finem, instar tamen patris punientis filium: & interim, quando opus fuerit, tanquam iudex poterit severe precipere, ut à peccato absterneat sub pena excommunicationis ipso facto alioquin propter contumaciam incurrendæ, si ita expediret, & diligentius, & efficacius occasiones peccandi remove.

Quare Prælati tunc utretur duobus gladiis: primus paternus, (si is gladius dici potest) secundus iudicis temporato tamen rigore iudicis. Cujus rei ea ratio reddi potest; Quia cum per correptionem fraternam, sive Evangelicam peccatum sit denunciatum Prælati principaliter, ut patri, & minus principaliter, ut iudici manifestè sequitur, quod ut pater eum punire possit, cum ad patrem spectet convenientibus etiam penas filios coercere, & ideo 1. lib. Reg. Cap. 2. vitio vertitur Heli, quod non punierit filios, quamvis verbis illos increpaverit: Et licet Prælati non possit tunc propter delictum præteritum gladio excommunicationis filium ferire, potest tamen de novo propter contumaciam præsentem talem penam decernere.

Præterea, quia Prælati delatum est peccatum, tanquam iudici, licet minus principaliter, ipse

teneat

teneretur auctoritate sua judiciali (ut per charitatem imperata) uti ad emendandum fratrem. Non tamen toto rigore juris uti debet ; quia licet denunciatio Evangelica sit quasi conjuncta judiciali, nam simul fit & Prælati, & judicis ; sed quia non fit absolute, & principaliter ut judicis, sed præcipue ut patri, secundario ut judicis, ut dictum est, fit ut hæc denunciatio in quantum judicialis, sit quasi subalternata paternæ denunciationi, in quantum potest juvare ex aliqua parte correctionem paternam faciendam cum majori fructu: ad hoc enim ordinatur pœna à Prælato ut iudice infligita, ut frater corrigatur cum minori dispendio famæ.

Ex quibus colligo, in correctione fraterna gradatim esse usque ad summum gradum ascendendum, ita ut semper à suaviore, & mitiori gradu incipienda sit correctio, in qua primus gradus est, admonitio secreta, nempe: *corripere te, & ipsum solum*. Secundus est: *Correctio coram uno, vel duobus testibus adhibitis, ut ibi dicitur: adhibe unum aut duos testes*. Tertius, Denunciatio Evangelica, ibi: *Dic Ecclesia*. Quartus, Correctio paternæ, ibi: *Si Ecclesiam non audierit*. Quintus, Coactio per punitionem opportunam, si ve per excommunicationem, quando opus est. ibi: *fit tibi tanquam Ethnicus &c.* Qui omnes actus per se loquendo, singuli cadunt sub præcepto, quia eodem tenore omnes proponuntur, & omnes hi actus etiam quintus ordinantur ad salutem proximi, quia omnes eotendunt, ut subveniatur proximo cum minori dispendio famæ, quantum possibile fuerit.

Ex quibus secundo inferitur, non licere agredi secundum actum, nisi præmissis primo, quando ille non fit efficax, & idem est de secundo respectu tertii: præterea tertius respectu quartus est omnino necessarius, & aliquando quintus, ubi opus fuerit pleniori correctione. Sed quia hoc præceptum est affirmativum, ut sæpius diximus, ideo non semper obligat, sed tantum quando charitas, & recta ratio illud dicitaverit. Unde si interdum occurrant circumstantiæ, in quibus prudenter, & charitas dixerit, licere, vel expedire mutari hunc ordinem, tunc non obligat hoc præceptum eo ordine, quo à Christo Domino est impostum, ut expresse notavimus supra, ex D. Thom. *Disput. art. 2. de correctione fraterna*; imò erit inutile, & aliquando perniciosum, talem ordinem servare; Quando vero liceat mutare hunc ordinem, facile erit colligere ex his, quæ à nobis sæpius fuerant annotata.

Tertio infero. Quod cum Prælati iudicaverit expedire, poterit reum admonere coram viris gravibus, paucis tamen, & ut advertit magister Bannes, 2. 2. *quest. 33. art. 8. dub. 4.* poterit etiam adhibere verbera, secrete tamen (maximè si sit junior.) Nam sicut licet hoc patri carnali, cur non licebit spirituali patri? Addit præterea, quod quando peccatum potest probari testibus, tenetur subditus patri in interroganti respondere veritatem, maximè si sub juramento interroget; caveat tamen subditus, ne coram testibus confiteatur, ne forte imprudens Prælati facta illum accusari, & testibus comprobati delictum, atque ita eum publice punire.

Quarto inferitur; graviter peccare Prælatum, si delictum quod ad notitiam suam pervenerat per viam correctionis fraternæ, ad publicum ju-

diciam deducat, quando nulla est spes, quod denunciatus fraternè emendabitur; quia Prælati non potest procedere ad publicum iudicium, nisi præcedente denunciatione juridica, aut publica infamia, ut inferius dicemus. Ergo gravissimè peccat contra charitatem, & contra justitiam Prælati, qui peccatum sibi ut patri denunciatum, transfert ad iudicium publicum, nisi limitatione inferius dicenda, id faciat.

Dices: Quid igitur faciendum erit, quando nulla est spes, adhibita monitione paternæ, etiam aliquo modo mixta cum judiciali? Respondeatur: Tunc Prælatum teneri superfedere. Nam cum ultimus terminus correctionis fraternæ sit salus proximi, ulterius non est progrediendum, quando non est spes salutis, etiam adhibitis remediis superius dictis: sed orandum DEUM pro ipso, scientes multorum hominum peccata in diem iudicii quantum ad punitionem reservari; Nam ut bene advertit M. Bannes, *dist. art. 8. dub. 2. ad 4.* Multa sunt relinquenda DEI iudicio, & ut idem Auctor prudenter advertit *dub. 4. ubi supra*; Sunt enim (inquit) plurimi peccatores etiam maximi, non tam scandalosi, qui bona opinione & fama quam habent, Ecclesiam Christi adificant doctrina, & publico exemplo: quorum opinionem, si Prælati sui indiscreti inquisitionibus destruunt, nihil aliud agunt, quam quod ipse diabolus desiderat, videlicet aliorum salutem impedire: præterquam quod non solum illius peccatoris fama perit, sed etiam aliorum similium ejusdem ordinis & officii fama necessaria magnum detrimentum non sine vulgi scandalo patitur. Vide August. in *Epist. 137. ad Plebem Hippon.* *cujus verba habes in art. 7. circa finem, qua attentiè lege, & videbis quantum habeat periculi indiscretus Prælatorum zelus inquiringium per fas, vel per nefas scire subditorum delicta, qui potius sunt boni communitatis & pacis destructores, quam conservatores.* Hæcenus Bannes.

CAPVT XI.

An fratre indurato post correctionem fraternam, liceat ejus peccata juridicè denunciare?

Controversum est inter Doctores, quando liceat Prælati via quoque judiciali procedere adversus fraternè denunciatum, quando crimen, vel peccatum ejus probari potest juridicè per duos, vel tres testes; aut certè cum præter denunciationem sunt indicia criminis, vel infamiae, juxta ea, quæ de requisitis ad juridicam inquisitionem *infra Tract. 2.* trademus. Primum certum est ex his, quæ *Cap. precedenti* docuimus, fraternè denunciatum, etiam incorrigibilem non posse puniri via juridica in toto rigore iudicii. Si verò denunciatus sit pertinax, & incorrigibilis, & peccatum ejus cedat in publicum detrimentum; tunc commodior, & probabilior videtur opinio Magistri Bannes, *dist. quest. 33. art. 8. dub. 4.* quam breviter duabus propositionibus expono.

Prima, Quocumque non interveniente alias correctione fraterna licitum esset propter aliorum exemplum, & bonum commune procedere via juridica contra reum, accusando, vel juridicè denunciando, vel inquirendo, & condemnando eum; licitum quoque erit, non obstante,

Quid agendum, quando adhibita monitione paternæ, nulla apparet spes emendationis.

TESTA
Spirit. II

stante, quod cum eo sit actum per viam correctionis fraternæ, ac proinde siue per eam viam correctus fuerit, siue non, atque etiam siue sit spes, siue non sit, emendationis. Cui sententiæ aperte subscribit Covarruv. lib. 2. *variarum resolutionum*, Cap. 10. num. 3. Ubi affirmat, posse quem accusari, ut puniatur, non obstante, quod fuerit in foro conscientie absolutus, atque emendatus. Et probatur hoc dictum: nam virtus charitatis, cuius est actus correctio fraternæ, & virtus iustitiæ, ad quam pertinet ille processus iudicialis, non sibi præjudicant, nec se mutuo impediunt, cum habeant diversos ac proprios suos fines.

Tertio à M. Bannes assignati casus, in quibus non solum licet, verum etiam ex præcepto obligatoria judicialis denunciatio

Secundò dicit Magister Bannes. In tribus casibus, id quod diximus, non modo licitum esse, sed etiam debitum ex præcepto. *Primus casus* est, quando alicui non modo licet, sed tenetur accusare, aut inquirere peccatum, ut si esset perniciosum Reip. iuxta ea, quæ inferius trademus, ubi videbimus, aliquando teneri quæpiam ad denunciandum: aliquando verò posse id licitè facere, quamvis non teneatur, ut optime asserit Bannes, dicto art. 8. dub. 4.

Secundus casus est, quando is, qui crimen seu peccatum novit, legitime à iudice interrogatur, etiam si peccatum illud non sit tale, ut teneatur quis deferre, dummodo possit saltem licitè denunciare propter bonum commune, quod redundat ex punitione criminum; tunc ex obedientia Superiori debita, tenetur quis eum manifestare, ut infra dicemus, *Tract. 2. agentes de inquisitione speciali.*

Tertius casus est, quando est spes, ut per judicialem processum reus corrigatur, & ad cor redeat; tunc enim (ut rectè docuit illic M. Bannes) charitas, per quam processus fraternæ correctionis institutus fuit, debet imperare virtuti iustitiæ, ut inchoet etiam processum judicialem, quo etiam finis charitatis obtineatur, scilicet emendatio si attris. Ex quo fit, quod etiam quis emendetur ex correctione paternæ: possit tamen nihilominus judicialiter puniri propter illud peccatum, à quo respicit. Id tamen fieri potest ob aliorum exemplum, & bonum commune, qui iustitiæ finis possit per judicialem viam prætendi, etiam quando reus per poenitentiam respicit.

Secundò infertur, quod si cesset spes emendationis rei; tunc esse cessandum à processu correctionis fraternæ; potest tamen tunc nihilominus inchoari via judicialis, idque propter aliorum exemplum & bonum commune: & habere locum iustitiæ, quantumcunque desperetur à privata correctione. Itaque in his casibus, siue reus emendetur, siue non emendetur, quando peccatum est contra bonum commune, exordiri potest, & aliquando debet nova tela iudicii à denunciazione juridica.

Sed dices: an in hoc casu ille, qui fratrem denunciavit, possit nihilominus esse testis post finitum processum fraternæ correctionis, cum incipit nova tela judicialis? Respondetur, omnino posse. Ita censet Magister Sorus, in *relezione de secreto*; membro 2. *quest. 4. post conclus. 9.* idque colligit ex illis verbis Domini: *Adhibe tecum unum, aut duos testes, ut in ore duorum, vel trium testium stet omne verbum &c.* Quare si denunciator adhibuit unum, erunt testes duo; quia denunciator ipse habet locum testis, & denun-

ciatoris; si duos, erunt tres, ut dicitur quoque in *Cap. Omnis*, extra, de testibus.

Ex omnibus his superius annotatis, colligitur, quod tribunalis paterni posse esse quatuor principales fines. *Primus*, Ut proximus paternè admonitus post adhibitos testes, accedente monitione paternæ, facilius corrigatur. *Secundus*, Ut si nolita siue monitione non fuerit sufficienter emendatus, adveniente Prælati severa correctione, & punitione paternæ adhibita, omnino emenderit. *Tertius*, Ut illum præservet à recidiva, etiam excommunicatione adhibita, cum opus fuerit. *Quartus*, Ut Prælati non solum prospiciat bono fratris privato; sed etiam communi bono omnino consulat. Quibus addi potest alius gradus; Ut finis correctionis via, quæ omnino paternæ debet esse, reo peccatum contra bonum commune, & in pravum aliorum exemplum committente, siue corrigibilis siue incorrigibilis existat, fiat novus gradus ad denunciationem iudicalem, quando ita opus fuerit, inspectis aliis circumstantiis, ut bono communi, & aliorum scandalo consulatur.

C A P V T XII.

An peccata omnia possint Evangelicalia denunciazione manifestari Prælati ut patri?

VOco autem *Patrem*, illum Prælatum, qui sit pius, & prudens, & qui erga subditos vilcera patris gerat, & qui sciat, & possit præcavere in futurum; & demum qui consulat famæ Evangelicæ denuncianti, non aliter, ac si esset pater naturalis ipsius. Deinde ad perfectam huius materiz, pleniorremque explicationem, oportet præmitte, quæ occulta, quæ verò publica, & notoria delicta dicantur; & rursum, quæ contra bonum privatum aperte militant; ac demum quæ gravia, quæ atrocita, quæ æt atrocissima dicantur?

Occultum, quantum ad præsens propositum attinere videtur, illud delictum censetur, quando unus, aut pauci id sciunt, neque est deductum in iudicium. Notorium verò dicitur, quod nulla tergiversatione celari potest. Præterea nota, quod tam publica, quam privata delicta subditi videntur, in delicta, quæ sunt contra bonum commune. ut sunt crimina in DEUM commissa, ut hæresis, blasphemia, & alia, quæ dicuntur atrocita, ut *Cap. sequenti* dicemus; & in ea, quæ contra bonum privatum, vel tertium, vel propriam personam committuntur, ut si quis vellet innocentem occidere, vel si quis aut ebrietati sine aliorum scandalo esse deditus.

Quæ verò delicta contra bonum commune Religionis censenda sint, non est facile iudicare; Multi enim omne peccatum bono Religionis nocivum existimant; quia qui lædit partem, videtur totum læsisse, cum damnus partis redundet in damnus totius. Quæ quidem sententia aperte falsa videtur, Nam aliud est directè, & immediatè bono communi, aliud vero indirectè, & mediatè ei damnus inferre; quare illud peccatum in damnus cedere publicum solum censeri debet, quod habet pro objecto immediatè bonum commune, ut hæresis, siue pro-

ditio Civitatis, quæ immediate bono communi advertantur.

Speciatim vero, quæ sint peccata, quæ damno afficere solent commune bonum non solum indite ad, sed etiam objectivè, & directè, hujusmodi in Religione ceteri debent.

Primò. Crimen in DEUM, ut hæresis, blasphemia, & similia.

Secundò. Crimen læsæ majestatis temporalis, quale esset in Religione, graves offensæ in Generalem, Provinciale, eorumque locum tenentes commissa, ut expressè docet Franciscus Aretinus in sua *practica generali* Cap. 16. & recentiores alii. Nam si Jurisconsulti tenent, quod quando facinus est commissum adversus Episcopum, aut similem personam, reducitur ad crimen læsæ majestatis; eadem ratione sentiendum est apud nos, quando crimen esset commissum adversus Generalem, qui est nobis loco Principis, aut etiam Provinciale, qui etiam habet inter nos auctoritatem quasi Episcopalem.

Tertio. Si quis esset proditor Religionis, eam vel notabili infamia, sive calumniis in conspectu sæcularium afficeret.

Quartò. Qui in sacris Superioribus, alicujus Provincie, vel monasterii divisionem molirentur, aut qui pacem inter Superiores iniquè, & malitiosè turbarent.

Quintò. Falsificatio litterarum, & sigilli Superiorum.

Sextò. Libellus famosus.

Septimò. Peccatum carnis, præcipuè peccatum indicibile, quod quidem esse in perniciem publicam Religionis, Doctores communiter docent. Ut refert Emanuel Rodr. in *Foro judiciali* Cap. 3. Quibus adde peccatum fornicationis, si cum aliorum scandalo committitur, vel si talibus circumstantiis contingat, quod facile possit in aliorum notitiam venire. Idem censendum est de familiaritate cum femina suspecta, ex qua timeri potest aliquod futurum scandalum.

Octavò. Ambitiones, seu subornationes in officiorum electionibus. Hæc enim facile solent impedire dignos electionem, & turbare Capitula generalia seu provincialia, quæ omnia sunt damno communi bono.

Nonò. Peccatum proprietatis, maximè si cum scandalo aliorum committatur. Adde etiam furtum de re gravi Ecclesie, vel Monasterii.

Decimò. Dissipatio bonorum Monasterii, ac iniqua eorum administratio.

Undecimò. Quodcumque aliud scandalum præcipuè coram sæcularibus paratum, quale esset ludere chartis, aut se in eorum conspectu inebriare, aut minus honestè eam feminis tractare, & similia alia, quæ bonum Religionis nomen obscurare solent.

Duodecimò. Malum Prælatorum seu aliorum seniorum exemplum, quo alii facile ad similia peccata committenda ad eorum imitationem pertrahuntur. In quo quidem genere annumerandi sunt à fortiori Authores, sive seminatores opinionum relaxatarum, quibus alii, vel à perfectione assequenda retardantur, vel remissius in vocatione assumpta se gerunt; quod quidem magno detrimento esse solet Religionibus Reformatis.

Decimotertio. Impunitas delictorum, ex qua orti solent in Communitate plurima mala. Im-

Thom. à Jesu Oper. Tom. I.

punitas enim, Bernardo teste in Epist. ad Eugen. *Incuria soboles insolentiam adfert, impudicitia raddix, transgressorumque nutrit esse solet.* In hoc enim differe constat Religiones Reformatas à jam lapsis: non quod nullus peccans in Reformatis inveniatur; sed quod nullus impunè peccare sinatur.

Decimoquartò. Prælati, qui alicujus Constitutionis, laudabilis consuetudinis, aut alterius ceremonie observantiam facile prætermittunt, magnum etiam communi bono vulnus infligunt.

Demum illud tanquam regulam certam stabilendum existimo, quod omne peccatum, quod natura sua, non solum aptum est ceteros de Communitate Religiosos inficere, aut quod eis lapsus occasionem præbeat; sed etiam omne illud, quod in causa est, ut reliqui remissius in sua vocatione vivant, magnum publico bono damnatum, & jacturam interit.

Præterea peccata omnia, si cum aliorum scandalo fuerint commissa, non esse Evangelicè denuncianda, communis sententia tenet cum D. Thom. 2. 2. q. 33. art. 7. asserente: publica delicta, publicè corripienda, & severè punienda, ut ceteri timorem habeant, communi bono oportunitis remediis consulendo. Quare punio similibus delictorum, non tam paternè, quàm juridicè omni diligentia, & cura punienda sunt, & præservanda Communitas ab infectione similibus peccatorum.

Secundò. Certum existimo, quod peccata secreta quantumvis communi bono perniciosæ, præmissa correctione fraterna, ut sæpius dictum est, Prælati Evangelicè sunt denuncianda, ut ipse meliori modo, quo potest, tum ut pater, tum ut iudex fratris bono consula, & communi bono in primis prospiciat, tum admonendo, tum præveniando, tum quando opus fuerit, puniendo non ordinariæ punitione correspondente delicto, sed tantum extraordinariæ; ita tamen, ut sine dispendio famæ proximi quantum fieri potest, communi bono consulatur. Quod si abique læsione propriæ famæ id fieri nequiverit, dammodo bonum commune integrum, & illæsum permaneat, non multum curandum de bono famæ; quia in omnibus commune bonum, famæ est præferendum. Si vero peccatum idcirco sit contra bonum privatam; tunc non est dubium, quod Evangelicè denunciandum sit Superiori.

Dices? Quod si Prælati sciat, & advertat peccatum publicum fratris, vel secretum in publicam perniciem, an tunc fieri debet denunciatio Evangelica? Respondetur: Quod si Prælati peccatum agnoscat, & propriis cernat oculis, non semper videtur monendus; sed quia multi Prælati, ita segniter, & remissius se gerunt, vel (ut melius dicam) ita dormiunt, ut sæpè hujusmodi peccata non advertant; monendi sunt, & reverenter urgendi ad punitionem paternam publicam, sive secretam, si peccatum sit secretum: quia cum omnes subditi teneantur ex debito justitiæ legalis, communi bono Religionis studere, tenentur sæpè Prælatum stimulare, ac pungere, ut sedulo communi totius Communitatis bono incumbat, quia videmus Prælatos sæpè aliàs boni zeli & desiderii, subditorum suasionibus animari ad punitionem similitum peccatorum.

Nnn

CA

IESU Spirit. II

Arguitur quorundam Prælatorum segnitie & negligentia.

at dicitur quod... notatis, colligunt... quatuor principia... paternè admone... mente monitione... sandus, ut si nota... tener evendata... rectione, & pati... minio emendone... recidiva, etiam... eum opus fuerit... dum prospici... communi bono... di potest aliquid... que omnia po... com contra bono... norum exemplis... sive incorrigibil... nunciationem p... rit, inspectu... uni, & aliorum

XII. nt Evangeli... manifestari... ni?

Prælatum, qui... ga subditos ut... offit. præcaver... lat famæ Ev... esset pater... am h. post... nem, oport... erò publica, &... ac dem... atrocissimè di... ns propo... nferat, qu... esse deduc... ur, quod nati... eterea no... delicta subd... ontra bonum... IM comm... que dicunt... de in ea, que... e, vel proprio... s velle inno... ebriari sine... m com... esse judicare... Religionis... partem, vi... partis re... dem senten... direddè, &... ero indur... quareli... blicum lo... bjecto in... sive pro... ditio

CAPVT XIII.

Peccata atrocia posse sapè denuncia-
ri denunciatione Evangelica
Prælato, ut patri.

Quantum peccata dicantur atrocia, quoniam atrociſſima : Et unde atrociſſima deſumenda ?

PRImò explicabimus quæ ſunt peccata atrocia, ſive atrociſſima. Secundò an ſint iſta ſicut & alia ſimilia, charitate media, corrigenda. Tertio demum, an poſſint Evangelica denunciatione Prælato ut patri denunciari ?

Quantum ad primum ; quæ ſunt ſpeciatiim peccata atrocia, ex qualitate pœnæ, quæ pro delicto imponitur, iudicari debet. Et ideo, ut optimè notavit Julius Clar. *lib. 5. c. 1. num. 10.* tanto gravius delictum reputatur, quanto gravior pœna pro eo impoſita reperitur. Pro qua ſententia citat Bartol. in *L. levia ff. de accuſationibus*; & hanc eſſe opinionem communem tradit Socinus, *Conſil. 157. num. 5.* & etiam *Conſil. 65.* & ipſe Clarus inter delicta atrocia numerat ea, quæ ſequuntur, videlicet delictum hæreſis, blaſphemie hæreticalis, rebellionis, læſæ majeſtatis, homicidii qualificati, veluti Episcopii, aut Cardinalis; falſificationis monetæ; conſarionis item, ſeu diminutionis monetarum; raptus virginis honeſtis parentibus ortæ, etiam ſi copula non ſequatur; uſus venereus cum ſacra virgine, in habitu intra Monasterium degente; ſodomia, quod intelligendum eſt cum effectu; nam in affectu tantum, ſive attentata (ut alii dicunt) inter atrocia, teſte ipſo Claro, non computatur, famoſorum latronum in viis graſſantium, & falſificatio ſigilli Principis, aut Senatus.

Et demum concludit Clarus, quod omnia delicta, pro quibus à lege, vel à ſtatu imponitur ſimpliciter pœna mortis naturalis, vel civilis, ſcilicet pœna tritemium in perpetuum, & talis pœna eſt in uſu, ut à iudicibus imponatur & exequatur, dicuntur gravia & atrocia. Deinde addit idem Auctor. Atrociora autem, ſive atrociſſima dicuntur, pro quibus lex, vel ſtatutum ſupponit pœnam graviorem, quam ſimplicis mortis, in ipſo genere mortis: puta quia vult pro talibus delictis reos vel igne comburi, vel in fruſta ſecindi, ut rotæ inferri, vel huiusmodi, ut ſi in crimine hæreſis, parricidii, aſſiniis, ſodomie, incendiarii, falſæ monetæ, &c.

In criminibus autem enormibus & atrocibus permittitur iudicibus iura tranſgredi etiam in procedendo, & iudicando; quia ſcilicet devenit ad torturam, etiam ſi indicia non ſint in totum ſufficientia, neque probata per teſtes omni exceptione majores. Hæc Julius Clarus *ubi ſupra*.

Prædicta delicta, propter eorum gravitatem, non ſolum gravia, ſed enormia & atrocia, & aliquando atrociſſima vocantur, non ſolum, quia grave vulnus communi bono inſigunt, ſed etiam, quantum eſt ex ſe, exitalia bono communi meriò iudicantur; quia partim Remp. turbant, partim Communitatem inſiciunt, ac demum omnia Communitati non parum nociva eſſe ſolent.

Quantum ad ſecundum punctum; ea exceptione præmiſſa, quod in crimine hæreſis regu-

lariter correctio fraternæ non ſit adhibenda, ut ſupra Cap. 8. notavimus, ſed potius ſtatim iudici manifeſtanda; de aliis ſentio, quod quidem eſt certa, & firma ſpes per noſtram correctionem ſecretam, poſſe ſubveniri bono communi ſufficienter; tunc præmittenda eſt correctio ſecreta. Ita D. Thomas 2. 2. q. 33. art. 7. & communiter Doctores in 4. diſtinct. 19. glo. ducti fundamento; quod charitas obligat ad ſubveniendum communi bono, cum minimo damno privati. Quare cum bono communi cum minimo damno privati, conſulere poſſumus, debemus id facere. Igitur ſi poteſt bonum commune defendi, & privatum damnatum vitari, utrumque faciendum eſt.

Dices: igitur nulla eſt differentia inter ea peccata, quæ ſunt contra commune bonum, & reliqua, quæ ſunt contra bonum privatum. Patet, quia ſi in utriſque eſt ſpes fructus, præmittenda eſt correctio fraternæ: ſi vero non ſit talis ſpes, in utriſque præmitti non debet. Reſpondetur; negando conſequentiam, quia eſt magnum diſcrimen inter peccata contra bonum commune, & peccata contra privatum bonum; quia in priori caſu oportet, ut ſpes fructus ſit certiffima, & præſentanea, & ſufficienter proſpiciens communi bono, non ſolum præſens, ſed etiam in futurum: in aliis vero ſufficit ſpes probabilis, imo ſatis eſt non habere rationem ad desperandum. Præterea reſpondetur ſecundò; in peccatis, quæ ſunt contra bonum commune, talem ſpem, ac tam certam eſſe rariffimam, & ideo moralem regulam eſſe, ut in illis initium ſumatur à denunciatione; præcipue quia qui in hæc peccata corruunt, diſſimilimè & rariffimè corriguntur, ut annotavimus *Capite oſtavo*.

Hoc autem maxime habet locum in peccato hæreſis: præcipue quando accedit apertè contumacia. Quare ſi conſtet hæreticum eſſe vere hæreticum, & pertinacem: jam illum eſſe ſemel, & iterum admonitum à tota Eccleſia clare præſumitur; & ideo ſtatim eſſe denuncians. Si autem non conſtet illum ex pertinacia, ſed tantum ex ignorantia, etiam culpabili, errare; tunc poſſe admoneri, ut ait C. *trystoſt. homil. 62. in Matth.*

Quantum ad tertium. Duas aſſertiones conſtituo. *Prima*; quod quando aliquo peccatum tentatum in damnum evidens Reſ. p. vel in alicujus tertii perniciem redundare videtur, & id per paternam correctionem impediri non poſſe probabiliter iudicabitur; in tali caſu omne poſſibile remedium adhibendum eſt, tam ex præcepto juſtitie, quam charitatis ſub pœna peccati mortalis, ut damnus illud evitetur. Ut ſi quis pararet inſidias ad tradendam Rempubl. vel publicum ærarium exhaurire tentaret: vel mortem pararet proximo.

In his, & ſimilibus caſibus gravibus, & atrocioribus pro virili omne poſſibile remedium adhibere tenemur; ſed in executione gradatim procedere debemus, ita ut quantum fieri poteſt, occultetur delictum, & ſervetur proximi fama: primò videlicet eum fraternè corripiendo; quod ſi non ſit ſpes emendæ, Prælato ut patri denunciando: quod ſi Prælatus inſufficienter ad hoc videatur, aliquem virum pium potentiorum, &

& gravio-

graviorem adeundo, qui possit, & velit prudenter absque ullo scandalo tale impedire ordinum facinus: & si in delinquente non sequatur omnimoda salus, sat erit, ut damnum reparetur, Reip. vel proximi periculo succurratur, & ita ille machinam suam detectam videns, vel salvetur, vel confundatur; ut sic vel ex confusione propria tandem resipiscat.

Si vero potentior & ad id idoneus non reperitur, cautè monendus est, vel Reipub. moderator, si damnum quod inentatur, est contra Temp. vel Princeps, vel Prælatus secundum facti exigentiam, & qualitatem rerum, & personarum respectivè, vel ipsemer proximus pæmonendos, si machinatio est contra privatum, ut sibi interim cavere possit, & intentarum damnum evitare. Quod remedium maxima cum cautela est adhibendum, ne inde majoris discordia, vel scandali majoris occasio inter proximos oritur; & denique opportunius, & salubrius remedium est adhibendum, ad præfarum evitandum damnum vel Reip. vel privati viri secundum unicuique charitatem & prudentiam, quæ hic maxime prævalere solent.

Secunda assertio. Si neque apud Prælatum, neque apud alios viros graves invenitur remedium præsentaneum, ut occurratur prædictis criminibus seu peccatis, & periculum sit in mora; tunc statim est procedendum ad denunciationem juridicam, quantumcumque cedat in detrimentum famæ; quia cum bonum commune vel privatum periclitantur in his casibus, nulla est habenda ratio famæ, ut communiter omnes Auctores affirmant cum D. Thom. 2. 2. quæst. 33. art. 7.

Ex his infero; quod in his criminibus duplici via possumus procedere. Prima manifestando ea Prælato ut patri, præcedente correctione fraterna, si ulla sit spes emendationis. Secunda, cum non speretur remedium per viam paternam huiusmodi criminum, recurrendum est ad denunciationem juridicam, manifestando crimen & peccatum Prælato ut iudici, ut ipse possit efficacius præcavere & crimina vel peccata prædicta, cum opus fuerit, acriter punire. Quibus cum atrocitas sint, pœna gravissima secundum eorum qualitatem erant applicanda; maxime cum peccata fuerint delata Prælato ut iudici, ut cæcè timorem habeant.

C A P V T XIV.

Duo extremi errores in denunciatione Evangelica vitandi.

In denunciatione autem Evangelica Prælato facienda, in extremos solent subditi declinare errores; Alii omninò dissimulant, existimantes se contra charitatem peccare; dum aliorum defectus Superionibus revelant, quod ex ignorantia crassa evenire solet. In huiusmodi errorem Religiosi tempore D. August. declinaverunt, quos ipse sanctissimus Pater redarguit, simul & instruit, docens hanc doctrinam non esse contra charitatem, sed potius pro charitate, dum dicit in Regula 3. Cap. 23. *Nec vos iudicare esse malevolos, quando hoc indicatis: magis quippe innocentes non*

estis, si fratres vestros, quos indicando corrigere potestis, tacendo perire permittitis. Alii vero non tam ex ignorantia, quam ex tepiditate fervoris, & spiritus importuno silentio, tempore visitationis, etiam si alias ex eorum taciturnitate Religioni grave relaxationis vulnus infigatur, perinacius quam par est, aliorum peccata dissimulant, ac regunt, contra quos acriter invehitur D. Bernard. in serm. de S. Joanne Baptista dicens: Nemo (inquit) fratres vitia palpet, peccata dissimulet: nemo dicat: numquid iustos fratris mei sum ego? Nemo quod in se est, equanimiter ferat, cum viderit Ordinem perire, minus disciplinam; est enim consentire, sibi, cum arguere possis, & scimus quia si iustus pœna facientes maneat, & consentientes. Hæc Bernard.

Alii vero in errorem alium etiam extremum facile incidere solent, dum volunt omnino etiam occulta, & quæ omnino tacere deberent peccata, utpotè quæ Divino iudicio relinquenda forent, nescio quo zelo ducti, scio amen illum non esse secundum Dei scientiam, sed potius secundum eorum iniquitatem & malitiam, facile & absque ulla necessitate revelare, quos eruditi, ac satis pie arguit Navarrus, Cap. inter verba, corolla. 59. num. 235. dicens, seu potius clamans: *O quam multis, & multa graviter peccant, & infamant alios sub nomine virtutis, & illis proficiendi! Quot existunt qui Regibus, Episcopis, & aliis Dominis, paribus, heri, & amicis denunciant peccata suorum subditorum, filiorum, famulorum, & amicorum, dicentes se id agere, ut eos moncant, siteri, vel verbis, ut recedant ab illis, nunquam ipsos antea monendo, cum esset Deus, quod moniti emendarentur! O quot sunt, qui cupiant videre, & sive dicitur, ut ea dicant, vel scribant Regi, Prælato, atque Dominis, amicis, & parentibus, ut se gratos illis videant, utque dissensionem inter illos ponant! Et quod peius quoque est, quot desiderant evenire errata, ut peccata, defectumque emendationis, ut habeant quod denuncient & scribant! Quodcumque præstant, protestantur dicendo (si vobis placet) non dico, nec scribo hoc, ut detraham; sed quia cum amo, ac postquam es noster Rex, noster Prælatus, noster consanguineus, vel amicus suus, id eum moncas, ut emendetur. DEUS autem videt quare id dicat & desiderium, quod de ipsius emendatione habet, ac salutationis Angelicas, quas in eius gratiam recitat. O nos Christianos Christo tam vacuos, quam hypocrisis plenos, cum nobis placeat, ut peccent, & pigeat, ut se emendent: cum nos deleitet invenire, cui detrahamus, & de eo mala scribamur, atque simulando dolere intinè de alicujus perditione, cum perdimus coram suo Rege, suo Episcopo, suo Domino, suo Prælato, Patre, vel amico, ac unico prolectore, qui forte ob id solum eum detrahet, tantumque postea obliviscimur punire horum peccatorum diabolicorum, ac resistere damnum, quod illis intulimus, quantum curam, ac diligentiam atque artem malignam adhibuimus in noscendis malis, & denunciandis. Apri nobis misericors DEUS oculis, ut deprehenso nostro errore, proximi misereamur, & non murmuremus. Admone quoque perspicacissime Domine, Reges, Prælatos, Dominos, Patres, atque amicos, & revoca eis ob tuam summam pietatem in memoriam id, quod ex sancto Evangelio sacrisque Canonibus colligitur, videlicet non esse obliandum denunciationibus, quæ non præcedente necessaria mo-*

Notanda, & attentius perpendenda hæc Navarri verba.

LESU Spirit. II

In his criminibus duplici est via procedendum

Doctrina S. Augustini & S. Bernardi impensis observanda.

visitatione eis sunt, multoque minus precipiendum, oblectandum, vel rogandum, ut sibi denuncient; quod Regula est Angelica, & Canonica, ac quodammodo prohibet, ut nos cohibendo, & removendo obstinationis, ut sique male illas audire cessando, omnes bene loquamur, beneque audiamus, atque melius operemur. Amen.

His extrinsecis errantibus merito adijungi possunt etiam illi errores, qui a Prælati in visitatione passim committuntur; præcipue ab illis, qui facile fidem adhibent iis, & illis qui suis denunciationibus, etiam in scriptis, sine subscriptione tamen, Prælati exhibitis omnia turbare contendunt; quos Hostiensis, verbo, inquisitio, §. 2. jure admonet, quod post, & ante inquisitionem generalem, non debent passim, neque frequenter recipere chartulas, quas licet contra Ecclesiasticos clanculo offerunt, cum qui facile credit, levius sit corde, ut scriptura dicit.

Gravis nonnullorum judicium & Prælati error, charitati quæ maxime contrariis.

Ex quo colligitur toto celo errare iudices, sive Prælatos, qui non solum omnia facillime credunt, imò malevolis, & detractoribus liberaliter solent aures accommodare, & sepe libellis, & aliis denunciationibus, etiam sine subscriptione obliis, inquirere curant adversus honorem, & bonam inquisiti famam, cum sine infamia, aut expressis indicibus institui inquisitio non possit; & delatoriæ literæ, neque infamiam queunt inducere, neque indiciorum vim sibi vindicare valent, cum illas pro libitu scribere liberum sit unicuique. Quare Pontifices suis sanctis omnibus decreverunt, hujusmodi schedulis nullam fidem esse adhibendam; ut continet ex Cap. Inquisitionis. §. tertia dubitatio, illis verbis: Et utram ad petitionem querendum, quasdam schedulas vobis occulte tradentium, infamationem Episcopi continentis. Et infra: Ad hæc respondemus, nullum esse pro crimine, super quo aliqua non laboret infamia, seu clamorosa insinuatō non præcesserit, propter dicta hujusmodi purgandum, neque ad punitionem eorum, qui libellum infamatorum porrigunt in occulto, procedendum est ad inquisitionem super contentis ibidem criminibus faciendam. Hactenus de denunciatione Evangelica, De qua Legendus etiam notat Joannes à JESU-MARIA lib. de Regimine Monastico part. 2. Cap. 35. quæ extat Tomo 4. Operum ejus pag. 147.

Vid. Cap. 7. & 8. Partis 1. sopræcit. judicium Regularium.

CAPITULUM XV.

De denunciatione juridica Prælato, ut judici facienda.

Differimus superius, quando, & in quibus casibus denunciatō Evangelica locum habeat; nunc restat examinandum, quando denunciatō juridica Prælato ut judici sit facienda, dicturi postea, an denunciator teneatur probare vera esse, quæ denunciat.

Omni denunciatōnem, tam Evangelicam, quam juridicam prædicere debet corripitio fratris.

In primis suppono, omnem denunciatōnem, tam Evangelicam, quam juridicam præcedere debere correctionem fraternam; ut aperte constat ex Cap. Qualiter, & quando il. 2. illis verbis: Sicut accusationem legitimam debet præcedere inscriptio, sic & denunciatōnem charitativa admonitio præcedere debet.

His præmissis statuemus aliquas Regulas, ut facilius dignosci possint casus, in quibus teneatur

quis peccata Superiori denunciare.

Prima regula: Quilibet teneatur private personæ crimina & peccata, de quibus est infamia, Prælato denunciare, & casu quo delinquentis fuerit fraternaliter correctus, & nulla sit spes emendationis. Hanc propositionem probat Emman. Roder. q. 6. art. 6. ubi docet, quod cum Religioso non emendato ad judicalem denunciatōnem sit procedendum; quia si Regularium delicta non emendat, & correctione præcaveantur, in tam grave damnum Religionis cedunt; ut id quod est à sanctissima Religione multis retro annis factum in ædificationem, per malum unius fratris exemplum obscuretur, prout ex mente D. Thomæ, Soti, Corduba & Navari concludit, idque præstantissimi Theologi docere, quos ipse sequitur. Hæc sententia verissima est, casu quo in perniciem Religionis similia peccata cedant, ut infra dicemus.

Ubi dicitur, quod si Regularium delicta non emendat, & correctione præcaveantur, in tam grave damnum Religionis cedunt.

Secunda regula: Si peccatum vergit in damnum alterius, præcipue boni communis, etiam si occultum sit, potest denunciari Prælato ut judici, nisi fortasse esse firma, & certa spes, posse peccatorem correctione fraterna, vel paterna emendari, juxta ea, quæ diximus Cap. 12. Hæc est D. Thomæ expressa sententia 2. 2. q. 33. art. 7. Et D. Thomam communiter sequuntur Theologi omnes. Ratio hujus est; quia bonum commune est præferendum, & illi sufficienter providendum, etiam cum aliqua infamia proximi; præcipue, quia iste voluntarie lædit bonum commune; & ideo licitum est, quasi via defensionis, illud tueri etiam cum damno delinquentis. Hujusmodi peccata sunt, proditio patriæ, publicæ subordinatio in officiis providendis, ut dentur indignis cum magno detrimento Reip. peccatum hæresis, & similia.

Dixi: nisi forte esset firma spes emendationis; quia charitas obligat ad subveniendum communi bono, cum minimo damno privati. Ergo si potest illud defendi, & infamia vitari, utrumque faciendum est.

Tertia regula: Si peccatum proximi est in nocuum private personæ, ut si alteri parat mors; tunc teneor denunciare iudici; quia certum est charitatem obligare etiam ad subveniendum privato proximo, quamvis non æquæ ac bono communis; quare in hoc casu magis providendum, ut subveniatur proximo cum minimo detrimento famæ: tentanda est ergo admonitio secreta, si est spes, quæ facilius esse poterit, cum hæc peccata non semper proficiantur: ex magna corruptione morum. Quod si hæc via non habeat locum, & infamandus sit aliquando proximus; comparanda sunt detrimenta, & regulariter præferendam jus innocentis, & cæteri paribus illi favendam magis, quam famæ proximi nocentis. Nec solum Prælato possimus detegere, imò etiam civis alteri, qui in fontem à periculo redimat, quin etiam & ipsi innocenti, si alter reddim non possit. In casu verò, quo quis possit sua correctione malum istud avertere, non teneatur Prælato, aut alii manifestare. Deinde in casu, quo suam correctionem profuturam despere si sufficere, ut proximo confusa: detectione criminis; teneatur tunc celare personam. In aliquo autem casu, quando magna esset inæqualitas, ut si persona peccans magna esset in æstimatione & dignitate, & ejus infamia esset illi gravissimum damnum;

occu-

documentum autem alterius esset parvi momenti: tunc dissimulandum esset, ac alia via efficaciter providendum, neque eo casu denunciandum.

Quarta Regula: Quando peccatum fratris est omnino occultum, & in nullius tertie personae perniciem vergit; tunc ex precepto charitatis servandus est ordo, ut ante denunciationem precedat secreta monitio, si sit spes fructus. Hæc regula habetur ex August. Cap. Si peccaverit, Cap. Accusatio, Cap. Si quis, 2. q. 7. Ratio est; quia tunc mutando ordinem correctionis, id est, denunciando ipsum ante correctionem, sine causa infamatur proximus. Dicitur autem in proposito peccatum occultum, illud quod non est notorium, & neque generat publicum scandalum, quamvis sciat ab aliquibus, imò licet sit aliquis rumor. Quare rectè concludunt Auctores; hanc obligationem esse sub mortali. Ita Sylvest. verbo, correptio, § 5. Angel. verbo, denunciatio. Paludan. in 4. distinct. 19. q. 4. & Sotus, de secreto, membro 2. q. 4. concl. 3. His addo: Quando crimen seu peccatum, ut optime docet P. Lessius, lib. 2. Cap. 19. dub. 13. nullo modo probari potest, aperire contra justitiam peccati, si illud aperias; quia nullum jus habet illud patefaciendi, cum non possit probari, non potest quoque puniri, ac proinde non potest ex ejus revelatione aliud sequi, quam infamia.

Quia regula: Quando ex crimine, & peccato occulto imminet damnum aliquod temporale, vel spirituale innocenti, si damnum est alicujus momenti; tunc potest crimen proximi manifestari Superiori ut patri, vel ut judici, ad impediendum illud, quatenus id ad illud est necessarium. Ita Sotus lib. 5. de justitia q. 7. art. 1. & Navarr. Cap. 18. n. 31. & multi alii Theologi. v. g. novi Petrum esse furem, possim monere eum, cum quibus habitat, ut sibi caveant. Homicidium à Petro commissum imò non innocenti, qui ob id erit piecendus, possim aperire Petrum auctorem. Imò in his justis casibus sapè fit, ut non solum possim, sed etiam ex charitate teneam crimen & peccatum alterius manifestare, nempe si grave damnum ex eo alius imminet, & damnum quod ex manifestatione sequitur, non sit tantum, ut ejus ratio pro rato haberi debeat. In dubio autem, utrum præponderet inclinandum est in favorem innocentis, cui in dubio semper favendum. Ratio hujus regulæ est; quia nemo habet jus ad propriam famam cum tanto damno, quod inde detrimentum alteri injurè obveniat.

Hæc tamen regula ita limitanda est, quod in casu quo sit alia via commodior, seu minus noxia ad avertendum illud damnum, non est necesse, crimen alterius patefacere. Ratio est; quia ex charitate tenemur quantum fieri potest, in minimo lædere proximum.

Sexta regula: Nemo tenetur denunciare, vel secreta corripere cum notabili sui damno, nisi interesset bono communi, neque etiam de injuria sibi illata denunciare, nisi noceret bono communi vel alterius innocenti.

Septima regula: Nemo potest culpas, quamvis publicas, de quibus quis est panitus & correptus, denunciare.

Octava regula: Nemo potest culpas secretas, quas ob consilium, vel sub fide secreti novit, pro palam etiam precepto coactas veiculata, nisi Thom. à Jesu Oper. Tom. I.

contra bonum commune, vel privatum alicujus innocentis essent hujusmodi culpe.

Nona regula: Nemo tenetur, peccatum de quo est dubium, an fuerit commissum, vel quod à levibus, vel minus fide dignis referentibus audit, denunciare: secus vero, si communi bono, vel privato innocentis noceret; tunc enim simul cum dubio, & levitate referentium referri debet, ut Superior invigilet.

Decima regula: Quando multi sunt in uno crimine & peccato complicæ, & unus est tantum diffamatus, & indicatus, alii non sunt manifestandi, nisi crimen bono communi, & proximo noceat. De forma in denunciatione iudiciali in scriptis faciendâ, dicemus Tract. 3.

Ultima regula: Quando Prelatus inquit non ad punitionem, sed ad aliquam electionem faciendam, quilibet sciens idoneitatis ipsius, de quo inquiritur defectus, tenetur aperire, nulla admonitione præmissa, nisi privata admonitione credatur eum spontè officio contradicendum.

Hanc Regulam tenet M. Sotus de secreto, membro 2. q. 6. concl. 3. Sylvest. verbo, Inquisitio, primo q. 4. num. 10. Navarrus in Rubrica de iudicio, num. 85. & plures alii moderni; & probant expressè ex multis Juribus, ex Cap. nihil. Cap. cum dilecto. Cap. postquam, de electione. [Et probari potest eadem ratione. Quia nihil magis expedit ad bonum Reipublice, & ad Ecclesiæ sanctitatem & splendorem, quam quod digni ad electiones assumantur, & indigni repellantur, ut constat ex Cap. nihil. ubi: Nihil est quod Ecclesiæ DEI magis officiat, quàm quod indigni assumantur Prælati ad regimen animarum, &c. In eodem Cap. præcipitur, ut Superiores ad quos pertinet confirmatio officiorum, diligenter examinent defectus electi, tam in moribus, quam in scientia, &c. ad impediendam confirmationem; & ideo ex officio debet inquirere iudex de probitate viæ, de idoneitate eligendi, instituendi, confirmandi, & promovendi, ad ordines, dignitates, beneficia, vel officia. Igitur si iudex ex officio tenetur inquirere, ac per consequens iudicè inquirat, non ad penam, neque punitionem, sed potius ad vitandum errorem, qui possit vergere in damnum commune, tenetur illi qui interrogatur, veritatem fateri, maxime in illis rebus sive defectibus, qui irritam electionem reddere possent, etiam si defectus essent secreti; quia magis tenemur bono communi, quam bono famæ privati consolare.]

Debent tamen in hoc casu, ut bene advertit P. Lessius de just. lib. 2. Cap. 29. dub. 15. crimina & defectus Superioribus aperiri secretò, & quam minima fieri potest, fama læsione.

Notanda hæc Lessij advertentia.

C A P V T X V I.

An teneatur denunciare ille, qui non potest delictum probare?

Pro parte affirmativa est textus L. Divus, & L. Accusatio. ff. ad Senatusconsultum Turpiliana. Ubi probatur denunciatores debere probare, vera esse quæ in denunciatione asserunt.

Secundo, Colligitur expressè ex C. plerumque 2. q. 7. juncta ibi Glossa, & in Cap. de preiudicio, distinct. 6. & ex C. placuit 6. q. 2. & ex aliis Juribus; Nnn 3 ex

LESU Spirit. II

ex quibus colligitur, neminem teneri ad denunciationem juridicam: nisi eorum, quæ novit posse probare.

Ratione præterea probatur; quis accufator non tenetur accufare, si non possit probare, alias si in probatione defecerit, actionis pœna multabitur. Ergo simili pœna esset etiam multandus, qui culpam alterius denunciavit, si in probatione defecerit. Quare durissimum videtur, obligare aliquem ad denunciandum peccatum alterius, cum id non possit probare, quia maximam injuriam inferret & sibi, & denunciatio.

Secundò probatur; quia sufficeret ad impedendum damnum, & delictum præparatum, dicendo judici extrajudicialiter, & ei qui prodesset, & non obesse posset. Ergo non est necessarium, ut denunciaret id, quod probare non potest, enamsi delictum esset innocenti noxium.

Præterea hæc sententia defenditur ab Auctoribus magni nominis, inter quos Navarrus in *Manuali Cap. 17. n. 134.* & in *Cap. inter verba 11. quest. 3. conclus. 6. Corollar. 66. n. 778.* Imò addit ipse Navarr. *dicto Cap. inter verba, ubi supra*, id etiam procedere in crimine læsæ majestatis. Coid. ub. in *Summa q. 14.* Petrus Navarra *lib. 2. de restitutione. Cap. 4.* Rosella, verbo, confessio- nis celato n. 13. in fine. Angelus, v. confessio 8. n. 22. demum Reginaldus hanc sententiam expressè tenet *lib. 4. in sua praxi Cap. 7.* ubi multa adducit pro hac sententia, quæ probabilitate non carent.

Contraria tamen sententia multò verior, & probabilior videtur; eam tenet expressè D. Thom. 2. 2. q. 68. art. 2. ad 3. ubi ita scribit: *Ad tertium dicendum, quod denunciator non se obligat ad probandum. Unde nec puniatur, si probare nequiverit, & propter hoc in denunciatione non est necessaria scriptura, &c.*

Hanc sententiam D. Thomæ communiter amplectuntur omnes fere Thomistæ in illa *quest. 78.* agentes de crimine inter accusationem, & denunciationem. In primis tenet eam M. Sotus *lib. 5. de justitia, & iure q. 4. art. 3.* & plenius q. 5. *videndus art. 4.* Ubi in hoc solum (inquit) differunt accusatio, & denuncatio, quod denunciatus non tenetur probare; sed iudex tunc tenetur inquirere. Et infra *agen. de denunciatione, inquit: Quin verò, si non existere idonei testes ad probandum, sistendum est ad denunciationem judiciale m.* Et hæc est (inquit Sotus) expressa sententia D. Thom. 2. 2. q. 33. art. 7. *ubi ait oportere in talibus casibus statim procedere ad denunciationem, ut hujusmodi nocumenta impediantur.* Ita Sotus. Et infra docet, quod quando peccata sunt in perniciem publicam, & non possent eis alter obviari; tunc malefactor denunciandus esset denunciatione judiciali, quin verò accusandus, si probari res possit. Hanc distinctionem inter accusationem, & denunciationem communiter gravissimi Auctores sequuntur. P. M. Bañes 2. 2. q. 33. art. 8. dub. 3. Ubi approbat illam differentiationem assignatam à M. Soto, inter accusationem, & denunciationem. Est (inquit) altera differentia, quod accusatio obligat accusatorem, ut probet quod accusat; denunciatio verò non obligat ad probationem. Aragon. 2. 2. q. 68. art. 1. ubi expressis verbis ita inquit: *Ab accusatione in hoc solo differet denunciatio, quod denunciatus non tenetur probare, cum accusator teneatur ad probationem.* Et fermè iisdem verbis confirmat Salon de just. &

jure. q. 68. art. 1. ubi duas constituit definitiones accusationis, & denunciationis; quia denunciatio est delatio criminis ad iudicem gratia punitionis delicti. Accusatio verò est criminis delatio ad iudicem, cum obligatione probandi delictum. Quæ Definitiones (inquit) colliguntur ex D. Thomæ, *citra quest. 68. art. 2. ad 3.* Lessius de just. & j. re lib. 2. Cap. 29. dub. 12. In hoc enim (inquit) differunt accusator, & simplex denunciator, quod accusatori incumbit onus probandi denunciatori minime. P. Suarez de fide, spe, & charitate Tract. 1. disp. 20. sect. 4. Propria (inquit) differentia est inter accusatorem, & denunciatorum, quod in accusatore, accusator sit pars illius iudicii. Denunciator autem non sit pars, sed tantum delatit crimen ad notitiam iudicis, ut ille ex officio procedat. Unde sequitur aliud discrimen magni momenti, quod accusator tenetur probare delictum, denunciator verò ad probationem non cogitur. Toletus lib. 5. Cap. 57. In cuius (inquit) gratiam nota inter se inter denunciare iudicem, & accusare: Denunciat enim, qui apud iudicem alicujus crimen tantum delatit, ut ad emendationem propter bonum publicum procedat: nec qui denunciat, tenetur tale crimen testibus probare. Eodem quoque modo loquitur Gregor. de Valentia, in 2. 2. D. Thom. disp. 5. q. 12. puncto 1. vers. per. rò discrimen. Rodriquez, Tomo 2. q. 6. art. 1. qui docet hanc sententiam esse communem opinionem Doctorum, in Cap. super his, de accusat. Et idem docet art. 9. Ubi latius probat hanc sententiam. Et denique Julius Clarus in Practica Criminali, §. finali q. 7. vers. Ultrius quare que sit forma, &c. Pœna in 3. parte Directi, Inquisitorium, commentar. 15. qui expressè docet denunciatorem non teneri ad probationem. Idem docet Farinac. de Hæres. Cap. 185. à numero 71. Ubi sequitur sententiam Pennæ.

Secundò dico; in praxi non tam sententiam esse certiorum, & securiorum, ut bene probat Penna ubi supra his verbis: *Hæ peractio (id est, facta denunciatio) nulla sunt amplius denunciantium partes, sed iudici totum relinquunt, ut inquirat de delicto, de delinquente, accitit testibus, quos denunciatus nominavit: item alii, à quibus veritas haberi possit: quod etiam usus observat.* Quamvis enim denunciator iure olim probare deberet, verum esse, quæ in denunciatore assertus L. Divus & L. ab accusatione. ff. ad senatus. i. urpilla. Hodie tamen id praxi iudicatum non admittit. Ita Angelus præcitato loco, & Salycet. in L. Ea quidem. C. de accusatio. num. 27. & Marianus Socinus in Capite Qualiter & quando. 2. num. 712. vers. & licet secundum Jura, extra. de accusatio. Eisdem fere verbis utitur Clarus, ubi supra & Farinac. superius relatus.

Et ratione probatur primò, quia alias crimina enormia, & atrocita, qualia sunt conjuratio in Principem, in Remp. falsificatio monetarum, hæresis, & alia similia, quæ ordinariè quàm atrociora, eo majori secreto committuntur, ut vix possint ab uno vel altero cognosci, ordinariè manerent impunita, & ita vix aliquis auderet denunciare quod probare non posset. Hanc rationem adducit P. M. Sotus *lib. 5. ubi supra q. 4. art. 3.*

Secundò probatur. Quis in denunciatione non requiritur plena probatio denunciantis, cum officium denunciatoris tantum sit excipere iudicem, ut ipse inquiret similia delicta, accitit testibus;

testibus; maximè quia denunciator potest esse testis, & facit semiplenam probationem, ut plenius resolvimus post M. Sotum, & Bannes supra. Demum confirmatur ex communi praxi omnium tribunalium, tam Ecclesiasticorum, quam Sæcularium, in quibus denunciatus nunquam compellitur ad probandum.

Tertiò dico: Huiusmodi delicta, quando est certa spes emendæ, fraternaliter sunt corrigenda, quod si nostra correctio non sufficiat, denuncianda sunt Prælaro ut patri, qui possit prodesse, & non obesse; & demum si prædicta non sufficiant, subvenendum est communi bono per denunciationem juridicam, ut nos plenius Cap. 21. annotavimus.

Resp. ad argum. contraria opinionis.

Ad argumenta in contrarium respondentur quod illi textus loquuntur secundum jus antiquum, sed jam praxis aliud observat, ut supra ex Julio Claro, & Penna, & aliis probavimus.

Ad secundum respondetur; Denunciatorum non teneri ad probationem, neque mulctari ulla pœna, etiam si falsum denunciaverint (pœna enim rationis tantum est constituta pro Accusatoribus.) ratio discriminis est, quia Accusator suscipit supra se onus probandi, Denunciator vero non suscipit onus probandi, sed omnino rejicit in iudicem, ut ipse inquirat, & probeat; & ita tantum præparat viam ad inquisitionem à iudice faciendam.

Ad tertium responderetur; quod omnia remedia gradatim tentanda sunt, ut malum immineas Resp. impediatur. Ita ut primò post secretam admonitionem Prælaro ut patri extrajudicialiter denunciatur: quod si malum hac via impedi non possit, procedendum est ad denunciationem juridicam, ut peccata in publicam perniciem committenda, omnino impediantur, vel commissa puniantur.

CAPUT XVIII.

Praxis à Superioribus circa denunciationem juridicam observanda.

Prælatorum munus est, prudenter, ac vigilantiter cum omni zelo, & charitate expendere, an admittenda sit juridica denuntiatio contra aliquem producta, & an in illo, vel similibus casibus juridicè procedere oporteat, vel non: considerantes in primis, tam personam denunciantis, quam denunciari, cum omnibus aliis circumstantiis. Nam si Denunciator esset alias malignus, & pacis perturbator, nullatenus debet audiri, vel si denunciatus esset vitiosissimus, & probate vitæ, ac per plurimos annos in sua Religione laudabiliter conversatus, nequaquam acceptanda est contra eum denuntiatio similis à quocunque fieret, etiam à viro eminenti; nam sæpè Angelus tenebrarum in Angelum lucis transformari solet, & viti alias piissimi, aliquando passione aliqua ducti, se præcipites dant in proximorum depressionem, vel oppressionem. Quare nullatenus censeo, acceptandam esse talem denunciationem, nè vitiorum piorum, faciliè in Religione fama devigetur.

Contra tales accurate tradit Rodericus, Tomo 2. quæst. 6. art. 8. in hoc casu solam accusationem ad pœnatum talionis esse acceptandam, ne mali-

gnantes, sub spe indemnitate (quia denunciatores si deficiant in probatione, nulla pœna taxantur) & remanendi impuniti, ansam & occasionem capient opprimendi præfatos vitos.

Quam doctrinam colligi Rodericus ex Cap. Repellant, de accusationibus. Cap. Si peccaverit, l. q. 1. Omnes (inquit Auctor ubi supra) Juru periti calumnias hominum videntes, ut circumspicere sentiunt non facile hujusmodi denunciations admittendas; quia sceleratorum hominum genus exiat, qui ut negotium aliis acerbissimum exhibeant, accusationem præmittunt, ne parum pœnam, si probationem non præstiterint, solvere cogantur: ad denunciationem autem, ut ad suæ pravitate asylum confugiant. Itaque nisi homo denunciatus suspecta fuerit probitate, non debet iudex ejus sermone moveri; nec ad inquisitionem procedere, prout ex jure colligitur. Hæc sic.

Quod si Prælaro secretò, & manifestè deprehenderit denunciationem sibi tactam esse falsam, teneatur eam non admittere, & curare, ut innocens fama illata terretur; Quod si in iste denunciat, potest et secretò minari, judiciumque suspendere, nisi alias scandalum, aut communis boni damnum ex hoc proveniret; tunc enim debet juxta allegata, & probata judicare. Si noverit accusationem, sive denunciationem juridicam, esse quidem veram, tamen contra charitatem, quia est de peccato omnino occulto, & quod nullatenus cedit in detrimentum, neque boni communis, neque particularis; tunc procedere ulterius ad probationem non teneatur, & tanquam patet secretum crimen minus juridicè denunciatum secretò servare: poteritque, si opus fuerit, secretò delinquentem monere. Si verò noverit denunciationem ex noticia confessionis aliquo modo ortam, quocunque scandalo, vel damno posthabito, eam rejicere teneatur.

Quare necessarium utique arbitror, ut Prælaro an equam denunciationem quamlibet admittant, cujuscunque personæ illa sit, debeant omnino denunciations interrogare, an fraternali correctionem adhibuerint per se, vel per interpositam personam, & omne aliud remedium possibile, antequam ad ipsam denunciationem juridicam devenerint. Et maturè omnibus ponderatis, si judicaverint, indebitè fraternali correctionem omisissam, vel aliquod aliud æquivalens remedium, quod opportunum & efficax judicaverint; præfaram denunciationem nullatenus admittant; sed solum paternam & Evangelicam: nisi in casu quo per paternam denunciationem imminenti damno occurrere non possit. Quare regulariter denuntiatio juridica non est admittenda, si correctio fraternali omissa fuerit, vel aliquod æquivalens remedium, ut dictum est.

Demum si nullum horum defectuum Prælaro noverit, debet denunciationem juridicam recipere, quæ si fuerit de graviore, per capita distinguenda erit, cui subscribat denunciator, aut si necesse scribere, ipse Prælaro, die, mense, annoque notatis; & ad testium inquisitionem probationemque delicti, servatis iis, quæ de inquisitione particulari dicemus inferius, procedat.

Quid Prælaro faciendum antequam denunciationem quamlibet admittant.

Prælaro licet compendiosè de hac materia scripsit n. st. 102. à JESU MARIA in suo Reg. Monastico 2. part. cap. 30. & seqq. qui cu fructu consulti poterit.

CAPUT XVIII.

De examine, & iudicio culparum ante Capituli celebrationem à Visitatore faciendo.

Præmissa generali inquisitione, ac generali facto examine singulorum, ut dictum est supra, qui est primus visitationis actus; si nulla reperiantur graviores culpe, de quibus opus sit formare processum, Visitator facto examine culpato, e iam levium, illisque in scripto redactis, ne facili memoria excidant, statim, ut motus est, in nocte à Religione, Capitulum celebrabit. Si vero de visitatione constet juridicè de aliquo graviore, aut gravissima culpa, de qua oporteat formare processum, circa quam opus sit examinare testes, ac à reo confessionem exigere, aliave informationes facere; debet Visitator ad inquisitionem specialem, qui est secundus visitationis actus, juris ordine servato, juxta illa, quæ inferius dicemus, procedere.

Primo. Antequam Visitator culparum Capitulum celebret, opus est, ut præmissa oratione, quæ ab ipso sequenti Capitulo præstanda erunt, attentè consideret.

In primis sibi persuadet, finem & scopum visitationis esse pacem, & observantiam; pacem apud & observantiam, quia sine observantia non erit vera pax, observantia vero sine pace, infernus potius quam Religio censeri debet. *Factus enim est in pace locus ejus.* Ubi enim DEUS non est, quid superest, nisi ut Infernus non occupetur? Quare ante omnia cavere debet Visitator, ne ab illo Conventu discedat, antequam inter Superiores & Subditos vera stabilatur pax; quod si quem invenit communis pacis perturbatorem, ab illo Conventu tanquam peccatis, quæ illum potest inficere, separandus erit.

Secundo. Præter ea omnia, quæ in visitatione accepit, consideret: & ea, quæ sunt majoris momenti, diligentiusque expendat: quid item certum, quid dubium, quid probabile, quid grave, quidve leve videbitur, exactè apud se judicet & discernat, ita ut in Capitulo unaquæque res ab eo proponatur, sicut ipsa res est.

Tertio. Advertat peccata publica, & quæ communi Religioni bono nocent, publicè & severè esse corripienda; nam sicut peccata secreta, secretè corripienda sunt, juxta illud Christi Domini Matth. 18. *Corripe cum inter te, & ipsum solum.* Ita publica publicè, juxta illud Apostoli ad Timot. 5. *peccantes coram omnibus argue, ut ceteri timorem habeant:* sic enim D. Augustinus, *serm. 17. de verbis Domini*, utrunque præceptum conciliat. Ergo (inquit) *corripienda sunt coram omnibus, quæ perpetrata sunt coram omnibus; illa secretius quæ peccantur secretius.* Moritocus olim Jacob, filios suos sic alloquitur, *Congregamini* (inquit) *& audite filij Jacob, audite Israel patrem vestrum.* Genes. 49 ubi Patriarcha omnes simul alloquitur, ea planè de causa, quia reprehensus erat primogenitum Ruben, de publico incestu: Simonem, & Levi de publica iniustitia; quia publica filiorum peccata, non nisi publica admonitione indigebant. Quare correctio Sacerdotis Heli scelerum filiorum DEO non pla-

cuit; quia publica filiorum mala secretè tantum admonitionibus curabar, & obiurgabat in eam ea crimina, quæ publica erant in Israel. Unde nec suo maneri, nec filio, tum necessitat consulebat.

Dixi: publicè & severè similia peccata, non levitate paterna, sed severitate iudicis corripienda sunt, ut optimè D. Petrus Damianus invehitur contra sacerdotem Heli, quia in corripiendis filiorum defectibus severitatem debitam non adhibuit, in Epist. 12. ad Nicolaum Pontificem ita scribit, *Heli* (inquit) *quia filiorum peccata cognovit, sed eos invectione, quæ digni erant, ascerimus non corripuit, eisdem filijs à Philistim in bello peremptis, ipse quoque de sella retrorsum cecidit.* Et infra. *Et quidem redarguit, & corripuit, sed levitate, & mansuetudine patris, non severitate vel auctoritate Pontificis.*

Et rursus lib. 7. Epist. 3. ad Henricum Romanorum Regem. *Heli* (ait) *sacerdos dignitate traditur, dum non in mentis filio verbera, sed blanditur; utranque tamen corripuit illos, sed levitate patris, non auctoritate Pontificis, atque idcirco certibus effectibus occubuit; quia peccantibus inlenenter indulget. Ac demum Innocentius III. Papæ lib. 1. Decretal. Constit. 14. Licet* (inquit) *Heli summus sacerdos in se bonus existeret, quia tamen filiorum excessus efficaciter non corripuit, & in se pariter, & in ipsi animadversiois vindictam excepit. Et infra ad corrigendos igitur subditorum excessus tanto diligentius debet Prælati assurgere, quanto damnabiliorum eorum offensas deserere incorrigitas.*

Quarto. In Capitulo e iam leves culpas, præcipuè, si in his fuerit transgressio factus & hequens, non leviter pertranseat, cum constet illa quæ etiam leviora videntur, non parum ad Religionis spirituales profectum cultumque conducere; quare si ista à Visitatoribus, ut levia, aut parvi momenti contemnantur, Religionis stabilitatis fundamenta paulatim totum. Juxta illud, *Quis modica spernit, paulatim decidit.*

Quinto. Curæ præterea debet eas transgressiones, quæ contra nostram Regulam, sive instituti rationem directe militanti, quales sunt defectus in Choro, in Oratione mentali, in pugi cellula habitatione, in exitu de Claustro, in vita communi, graviter severèque corrigantur.

Si aliquas exculationes contra Prælatum invenerit, non debet eis statim fidem adhibere, sed eas notet & expendat, quoad usque veritatem assequatur; quia subditi sæpè à Prælatis coniecti, aut mortificatione eorum defectus nimium exaggerare solent; quare in defensione contra Prælatos exhibita, exactio diligentia utendum est, præcipuè contra illos, qui alios arguere & castigare solent. Quamobrem non quilibet probatio contra Prælatum, etiam si videatur plena, facillè admitti debet. Ut prudenter in Cap. Qualiter & quando, his verbis cavetur: *Licet hic sit observandum in subditis (& loquitur de infamia, quæ debet procedere ante denunciationem) diligentius tamen est observandum in Prælatis, qui quasi signum sunt positi ad sagittam, & qui non possunt omnibus complacere, cum ex officio suo tenentur non solum arguere, sed etiam increpare, quinvis interdum subdere, nonnunquam verò ligare, frequenter multorum edum incurruerit, & ipsi has patiuntur. Et ideo sancti PP. providè statuerunt, ut accusatio Prælatorum non facillè admittatur, ne con-*

casus columnis corruat edificium, nisi diligens adhibeatur cautela, per quam non solum falsa, sed etiam maligna criminationi janua praecludatur.

Quare Visitator ab aliis cavere petet: qualiter Superior se gerat in ea re, de qua accusatur, ita tamen interroget, ut illi minime suspicentur, Superiorem ab aliis de simili culpa fuisse accusatum. Quod si aliqui defectus contra Prælatum à subditis fuerint probabiliter delati, antequam publicè in Capitulo Prælatorum corrigat, illi secretò culpas, quæ alicujus fuerint momenti, tacito Auctorum nomine, exponat, ipsamque audiatur; nam aliàs si inauditò eo ejus defectus corripitur, vel aliqua statuta circa similes defectus decreverit, postea inspecta veritate, turpius ea retractare cogetur.

Item advertat, non facillè contra viros in Religione, sanctitate, aut virtute eminentes, admittendam citò denunciationem; nam aliquando ex detectione alicujus criminis occulti viti alius virtute (salem quo ad opinionem) insignis, majus aliquando Communitatis detrimentum accrescit, quam utilitas ex ejus publicatione procedat.

Si Prælatorum culpæ omnibus fuerint manifestæ, in Capitulo publicè servata circumstantia personæ corrigantur, ut & reliqui sciant, Prælatorum culpas, & excessus minime fore dissimulandos. Prudenter tamen id fiat, ne subditis deinceps præbeat occasio contemptus, aut irreverentiæ erga Prælatos: quare omnino cavere debet, ne domi subditos consolari studeat, illos debilitos in obedientia & honore Prælatis exhibendo reddat.

Advertat præterea Visitator, quod quamvis in puniendis delictis Prælatorum, majori cum prudentia & cautela procedere debeat, quia cum ipsi plures, ut diximus, habeant inter privatos patriæ hostes (si ita fas est loqui) major ac manifestior probatio desideret, ut tamen quando culpæ ita fuerint graves, ut manifestè Prælati depositionem requirant; tunc liberius quam si essent Prælati sæculares, ac levioribus de causis à Prælato removendi sunt, ut aperte docetur in Cap. Qualiter. 2. de accusationibus. & Cap. Per tuas, de simonia §. finalis quia cum studere humilitati Religiosorum Prælati debeant, ut ab administratione cum causa removeantur, illi valde curandum non est. Ita tenet communis Canonistarum sententia.

Eorum deinde, quæ emendanda, præscribenda, decernendaque existimet, quædam in sua præsentia (forsan quia tali indigent remedio) exequi poterit, quædam ore monebit, ac in aliorum præsentia corriget: alia privatim & secretò, alia etiam in scriptis, ut sunt acta & mandata, & quæ fuerint relinquenda, prout Regulari disciplinæ, morum correctioni, fratrumque paci, & saluti viderit magis expedire: eas vero ordinationes sive acta, quæ pro visitationis fructu duxerit præscribenda, ea neque nimis levia, & minuta, neque in magno numero præscribat.

Demum Visitator non sit nimis curiosus in scrutandis culpis secretis & occultis, advertens, quod multa, quæ occulta sunt, divino Judicio sunt relinquenda, ut bene advertit Magister Bannes 2. 2. q. 3. art. 8. dub. 2. his verbis: *Advertant Prælati, quod multa sunt relinquenda Judicio DEI, & cavent, ne velint usurpare judicium illius:*

sunt enim aliqui Prælati, qui plus nimio zelo corrigendi crimina aguntur, & non secundum scientiam, & valde sagunt, ut universa subditorum peccata in publicum judicium veniant sub prætextu boni communis conservandi, cum tamen non omnia peccata sint boni communis destruktiva, circa quæ rigidus illi zelus justè exercetur. Alia verò crimina debent Prælatis, præsertim Ecclesiasticis ut patres corrigere, & in profundum maris projicere. Hæc M. Banner.

CAPUT XIX.

Qua iter Visitator in correctione culpæ sibi ut patri delatæ, se gerere debeat.

SI aliquis per denunciationem Evangelicam, sive fraternam, tanquam patri fuerit denunciatus, oportet, ut Visitator sciat modum, qualiter gerere se debeat erga hujusmodi fratrem Evangelicè denunciatum; nam cum in Capitulo publicè, nec alibi delinquens corrigi debeat, poterit tamen, vel ante Capitulum culpatum, vel post illud, reum ad se delatum paternè in spiritu lenitatis corripere, & quoad fieri possit, nil de suppliciis cogitando, ejus vitia charitative corrigat, ejusque vulneribus medeatur, & crimina radicibus quidem, sed suaviter evellat, omni profus, quoad fieri poterit, iudicii forma rejecta; quod specialiter in nostra Regula, Cap. 10. ubi est sermo de correctione culpatum in Capitulo faciendâ, illis verbis: *Ubi etiam excessus, & culpa fratrum charitate media corrigantur: divinitus caveatur.*

Ut autem modum paternum servet, maxime proderit, si Divi Benedicti, & Basilii (hi enim sunt ubertimi vitæ monasticæ fontes) testimonia attentè mente revolvat. Divus enim Benedictus, Cap. 64. Regula, Abbates circa correctionem exercendam, sic instituit: *In ipsa autem correctione prudenter agat, & ne quid nimis; ne dum nimis cupit eradicare rubiginem, frangatur vas, men. inerit calamum quassatum non conterendum. In quibus non dicimus, ut permittat nutriri vitia, sed quod prudenter & cum charitate amputet, prout viderit cuique expedire, & studeat plus amari, quam timeri.* Idem quoque D. Benedictus Cap. 2. Regula, qualiter Abbas debeat severitatem cum benignitate miscere, his verbis docet: *In doctrina sua Abbas Apostolicam illam debet servare formam, in qua dicitur: Aigue, obsecra, in. e. pa. id est, miscens temporalibus terroribus blandimenta, durum magistrum, piæ patri ostendat affectum, sciatque quam assiduum & arduam rem suscipit, regere animas, & multorum servare moribus, & alium quidem blandimentis, alium increpationibus, alium susceptionibus, secundum uniuscujusque qualitatem & intelligentiam.* Hactenus ille.

His præmissis adhibere etiam poterit sequentia remedia, de quibus plenus Cap. 10. egimus: si quas subditus habet, & si opus fuerit, sub pœna excommunicationis, aut sub præcepto secetis illi imposto, quidquid viderit illi esse noxium, amputare curet.

Secundò. Poterit eum, si expedire crederit, coram aliquo, vel aliquibus prudentibus Patribus corripere, & minari se vigilaturum super eum;

eum, qui & confessum paternè (si gravitas delicti requirat) secrete verberare, ad incutendum timorem poterit.

Tertio. Si Prælato monitis obtemperet commendatione, à Prælato plecti non potest, nec aliud quidpiam verbo, vel opere fieri debet, unde ille male apud alios audiat, aliàs Prælatus graviter peccaret.

Quarto. Si Prælato non pareat, vel crimen inficietur, si crimen noceat bono communi, Prælatus juridicè procedat ipso Evangelicè denunciante testis vicem gerente, ut Mag. St. Soro, de secreto regendo Cap. 2. quæst. 6. P. Lessius lib. 2. de Justitia Cap. 29. dub. 12. num. 104. docent.

Quinto. Si crimen noceat soli auctori, ac criminis delin testes, subditusque sit rebellis, aut crimen neget; ibi cessandum est, donec sit infamia, vel indicia sufficientia ad inquirendum.

Sexto. Si verò in prædicto eventu testes criminis ad sint, cum rebellionem accusatoris vicem gerente, cum duobus testibus Evangelicè denunciationis, plecti potest; dummodò tamen bono communi damnus non inferatur, & spes sit pœnam ei ad salutem profuturam. Si desit spes, sistendum est, & orandum pro eo, nisi communi bono expediat, eum etiam peritiam juridicè plectere: demum ubi opus fuerit tam iudicis, quam patris (limitationibus ibi adhibitis) exerceat officium.

CAPVT XX.

De aliis à Visitatoribus observandis in visitatione perficienda.

Quomodo se gerere debeat visitator.

Secundum criminum qualitatē, & circumstantias oportet, ut Visitator culpam correctioni sedulo studeat; nam quæ secrete ei fuerunt delata, ut præcedenti Capitulo annotavimus, secrete etiam corrigi debent, quæ verò notorie aut graviotes erunt, severiori correctione, servatis servandis, indigent; terribile enim iudicium Prælatis imminet (si SS. Patrum testimoniis fides adhibenda est.) si negligenter in corrigendis subditorum excessibus se gesserint. In primis D. Basilias in Regulis brevioribus, interrogatione 16. Sic inquit: *Quod horrendum imminet iudicium Prælato peccantes non corrigenti? Respondet. Qui commissam sibi curam communem habet, sic efficietur velut, qui rationem reddere debet de singulis; illudque certo sciat, si frater quispiam in peccatum ceciderit, quem ipse prius de iudicio DEI non promouerit, vel si iam lapsus in eo persistit, nec docuerit rationem, qua sanari possit. sanguis ipsius de manibus eius requiretur, maximè si non propter ignorantiam, sed propter adulationem neglexerit.* (Et infra) *Qui verò non sic se habet, nempe sincerè veritatem annuncians, dux: si cecus & seipsum præcipitans, & sequentes simul inducens.* & infra addit: *Nullus pater negligi filium suum in foveam cadere, aut colapsum in ruinam dimitti: quancò magis horrendum est, animam in profundum malorum incidentem in intricu dimitti?* Hæc Basilias. Plura possemus ex D. G. ego in Pastoralis, ac ex aliis Patribus testimonia adducere, quæ facillè videri poterunt in Commentariis in nostram Regulam à nobis editis, Cap. 10.

Nunc contenti erimus in hoc proposito no-

tabiliora Humberti aliàs viti pissimi ac doctissimi verba referre, quæ in Regula D. Augustini, Cap. 164. enumerant causas, ob quas à correctionibus Prælati mercenarii frequenter desistant, ita scribit: *Contingit interdum ut Prælati transgressiones aliquas non corrigant, aut ex profanitate cordis, aut ex humilitate superflua, aut ex diffidentia proficiendi, aut ex ignorantia quod fratrum culpas ignorant, sed nec curam ad eas cogitandas adhibent, aut rursus propter pacem propriam, quam turbare nolunt, aut propter verecundiam; conscientia enim eos accusante, alios corrigere non audent, aut propter timorem odij, verentes, ne in subditorum indignationem incurrant, aut propter Prælationis amorem ad desiderium, quam omittere formidant, subditos contra se in huiusmodi correctionibus provocantes, aut ob defectum zelus, aut de quoque ex negligentia, qua in Prælationis statu maxime damanda est.* Hæc Humbertus.

Et quamvis Abbas in Capite Cleric. de vita & honestate Clericorum, censeat, quod aliquando tolerari, & dissimulari possunt peccata ad tempus absque Prælatorum culpa, si expunctione delicti timeretur, ne delinquens deterior fieret, quæ quidem doctrina mihi non placet; nisi casu quo aliquod majus scandalum in Reipublicæ penitentiâ inde oriretur, si punirentur peccata: fallor enim est tale iudicium de præsentia deterioratione rei, & nimis potens, ad relaxandos Judices munere correctionis, ut prudenter notat Bernard. Diaz de Lugo in sua prædica criminali, de concub. Cap. 79. ait enim, quod Prælatus dicitur, ne huius doctrinæ colore in vinorum correctione torpescant: nam si speretur delinquentis emendatio, si non, Prælatus qui sunt etiam iudices, tenentur ad eorum correctionem prius peritiam, deinde iudicariam, ut supra dictum est; nam non respicere debent utilitatem privatam delinquentis, ut scilicet pœnitent, & salvetur; sed magis ad publicam totius Ordinis, ut expurgetur malis, & cæteri timore pœnitentius coërceantur, sicut colligitur ex Canonibus, & Conciliis, & sanctis Patribus.

Praeterea propositio huic optimè convenit, quod notat S. Anr. 3. part. Sum. tit. 19. Cap. 11. §. 6. *Quod subditarum vitia sunt aliquando prudenter dissimulanda, opportuniori tempore vindicanda, quando videlicet speratur, quod delinquens deprehensus, toleratus tamen, augere culpas erubescat, sequi se iudice pariat.* Et post multa concludit: *Quod in nonnullis levioribus, magno moderamine delicti correctio temperatur: ubi autem morbi gravitas correctionis asperitatem postulat, ea non denegatur.*

Attendant ergo Prælati sibi, & quando ab opportuna fratris, & subditi correctione cessaverint, videant, quo fine vel motivo ducantur, idque diligenter examinent, ne eos, ob aliorum crimen, in profundum demergi contingat. In ipsa autem correctione modum observent: & D. Benedicti consilium Cap. 64. Regulæ sequantur, ut severitatem cum benignitate commisceant, ut latius Cap. 18. huius Tractatus sumus prosecuti.

Cum vera charitas utramque conjugat, quamvis primas clementiæ tribuat, secundas salutem Justitiæ non denegat, juxta illud D. Bernardi Epist. 2. ad Solonem. *O bona (inquit) charitas, qua sive soveat infirmos, sive exerceat providos, sive arguat inquietos, diversis diversa exhibens, si ut filius diligit universos: cum se arguis missus est, cum blandi-*

Car Visitatoribus in hoc...

de malis...

ur simplex est: pie solet sevir, sine dolo mulcere, patenter novit irasci, humiliter indignari. Et Epist. 24. Habeat charitas zelum, sed adhibeatur pro tempore severitas. Censura quidem nunquam remissa, intermissa tamen plerumque profuit. Rigor iustitia semper servidus, sed nunquam praeceptus. Cui crudis est consonat D. Gregor. 2. par e Pasto. cap. 11. Sit itaque amor, sed non emolliens, sit rigor, sed non exasperans, sit zelus, sed non immoderate saviens, sit pietas, sed non plusquam expediat parcens, ut dum se in arce regimini iustitia, clementiaque permiscens, ut qui praest, corda subditorum, & terrendo demulceat, & tamen terroris reverentiam demulcendo constringat.

Actionibus autem oburgationibus, quae conjunctae convitiis esse solent, rarisime in reprehendendis criminibus, nisi in gravissimis, sed potius modellis & temperatis verbis uti semper procuret, cum saepe plus erga corrigendos agat benevolentia, quam austeritas, plus exhortatio, quam comminatio, plus charitas, quam potestas: si autem ob criminis gravitatem virga opus sit, tunc cum mansuetudine rigor, cum misericordia iudicium, cum lenitate severitas adhibeatur.

CAPVT XXI.

De muneribus à Visitatoribus non recipiendis.

UT autem Visitatores praedicta omnia libere & rectius exequi possint, omnino à donis & muneribus recipiendis abstinere debent. Jure enim Canonico atque Civili omnibus Praelatis, atque iudicibus strictè prohibetur, dona sive munera à subditis sibi oblata recipere. De iustitia. 16. Cap. Non accipias personam, quia munera excaveant oculos sapientium, & mutant verba iustorum. Ecclesiast. 20. dicitur: Xenia, & dona excaveant oculos iudicum, & quasi musus in ore avertit correctiones eorum. Ac si expressius dixisset: statim ac Praelatis sive iudicibus dona & munera accipiant, quasi muti redduntur, facultatemque loquendi, corrigendi, ac puniendi subditorum excessus amittunt. Quare Cicero in Verrem jure proclamavit in haec verba: Nihil adeo est sanctum, quod non expugnari possit pecunia.

Hoc autem expresse à Visitatoribus in Concilio Tridentino sess. 24. Cap. 3. de reform. sequentibus verbis prohibetur: Interimque caveant, ne in utilibus satyris cuiquam gravis, overosique sint, neve ipsi, aut quisquam suorum quidquam procuratoris causa pro visitatione, nec pecuniam, nec munus quodcumque sit, qualitercumque offeratur, accipiant, non obstante quacumque consuetudine, etiam immemorabili, exceptis tamen victualibus, quae sibi ac suis frugaliter, moderateque pro temporis tantum necessitate, & non ultra erant ministranda. Tenentur autem Visitatores Regulares sacros Canones, & Conc. Trid. Decreta in suis visitationibus observare, ut expresse caveatur in eodem Conc. sess. 24. Cap. 8. Et quamvis Conc. loqui videatur tantum de Visitatoribus Episcoporum: eadem tamen, quae Visitatoribus secularibus praescribuntur, omnino etiam à Regularibus observari debent, ut ex eodem Conc. Cap. 2. ut supra constat videtur.

Nec solum à pecunia, sed etiam à quolibet alio munere manus Praelati avertere debent, iuxta illud Isaia 33. ubi de rectis iudicibus loquens, sed quod inquit: Qui excutit manus suas ab omni munere, iste in excelsis habitabit. Habetur etiam in Capite Statutum, de rescriptis, §. in super, verbo, Nullum munus, ubi Glossa inquit, quod triplex est munus: à manu, à lingua, ab obsequio: à quibus debent iudices abstinere. Munus à manu dicitur pecunia, à lingua favor, ab obsequio subjectio indebitè impensa: à quibus omnibus debent Visitatores abstinere, ut debite suo fungantur officio, & iustitia ad unguem observetur. De qua re videndus est D. Thom. 2. 2. quast. 50. art. 5. Ubi latissime agit de supra dicto triplici munere.

Puniri igitur à Religione Visitatores jure debent, si praeter ea, quae sunt necessaria pro visitatione, munera tam à Monialibus, quam à Religiosis, etiam sibi oblata acceperint.

His praemisissis, ac finito iudicio, ac examine culparum, juxta praedicta, Visitator, celebrato Capitulo, suam visitationem absolvat: si vero graviores culpae inveniantur, facta denunciatione juxta inferius dicenda, ad inquisitionem specialem, ad formationem processus statim descendat, neque visitationem absolvet: neque Capitulum culparum celebret, si bonum commune id praerquirat, nisi prius iudicè gravioribus culpis examinatis, ut illae in Capitulo publicè, si aliorum exemplum postulet, puniantur.

Vetat hoc & similia Concil. Tridentinum.

Non solum pecunia, sed quodlibet aliud munus prohibetur. Triplex munus species assignatur.

Quomodo procedere debeat visitator iudicio finito ac examine.

Finis primi Tractatus.



TRACTATUS II. DE INQUISITIONE SPECIALI. PROLOGUS.



Egimus in superiori Tractatu de inquisitione generali, simulque de tribus viis, quibus peccata revelari Visitatori debent, quibus juridicè manifestatis, Visitatoribus incumbit ad inquisitionem specialem circa delicta denunciata gradum facere; denunciatio enim iuridica (si per se ipsam consideretur) non est distincta via procedendi ab inquisitione speciali; sed est quoddam prævium, ut iudex procedat ex officio.

Est autem duplex inquisitio specialis. Altera, quæ à iudicibus fieri debet ex officio, quando, inquam, præcedente aliqua infamia, vel denunciatione, format inquisitionem contra criminis auctorem, ut sic ad plenam probationem & sententiam perveniat. Alia est inquisitio specialis, quæ fit ad instantiam partis, quando pars offensa iudici accusationem porrigit, & ea admittit juxta probationes sibi expositas, procedit. Hac quidem inquisitione ad instantiam accusatoris facta meritò prætermittitur, in præsentem Tractatu de illa tantum, quæ iudici ex officio competit differemus; circa quam primum quæ sint ea, quæ necessariò, ut hæc inquisitio specialis, juxta regulas Juris fiat, præcedere debeant, qualia solent esse infamia, indicia, semiplena probatio, investigabimus.

Deindè secundo loco de infamia, quæ, & qualis, & in quibus criminibus requiratur: deinde quæ indicia, aut semiplena probatio sufficiant, speciatim differemus.

Materia sanè difficilis, & cui opinionum varietas magnam intulit obscuritatem. Nos verò juxta communiorem, verioremq; DD. sententiam, clariori stylo quo poterimus, favente DEO, breviter eam pertractabimus.

CAPV T I.

De inquisitione speciali, ac diversis criminum generibus, circa quæ versari potest.

Diximus superiori Tractatu de inquisitione generali, & de modo in ea à Visitatoribus observando: nunc de inquisitione speciali differemus, quæ resultare, ut plurimum, solet ex visitatione generaliter peracta, in qua si reperti fuerint testes plures, vel ad minus duo contestes de aliquo particulari crimine, contra illum absolute per inquisitionem procedi debet usque ad sententiam definitivam, & puniri tanquam convictus, datis tamen prius defensionibus, & aliis servatis, quæ de jure fuerint servanda: ut Tractatu sequenti plenius dicemus.

Quia modus in inquisitione servandus

Quatuorplex inquisitio.

Inquisitio specialis, alia est mixta, quando inquiritur de aliquo speciali delicto, & determinate, & generatim de personis, v.g. quis commiserit tale homicidium, tale factum, & simile quid

aliud, ignorato Auctore? Alia est inquisitio specialis de personis, generalis vero de delictis, quando scilicet contra aliquam determinatam personam inquiritur de vita, & moribus, & generaliter de delictis ejusdem, ut solet fieri in promotione alicujus ad dignitates, & officia obtinenda. Et hæc inquisitio non pertinet ad præsentem Tractatum. Tertia denique inquisitio specialis erit, tam quoad delictum, quam quoad personas, ut cum de certo ac determinato crimine, contra certam & determinatam personam inquiratur. Quæ quidem inquisitio expleto manere inquisitionis generalis, ex qua, ut in plurimum, resultare solent probationes, indicia, infamia, vel aliquid illis æquivalens, fieri debet.

Præterea ad perfectam hujus materie inquisitionis specialis, quæ quidem difficillima est, applicationem, oportet præmittere, quæ occultis, quæ vero publica & notoria delicta dicantur. Occultum, quantum ad nostrum propositum attingere videtur, illud delictum censetur, quando unus aut pauci id sciunt, nec est deducendum

Notariis multipliciter dicitur.

etum in iudicium, De hoc genere occulti delicti plane agitur *Capite Inquisit. 3. de accusationibus*. Ubi decernitur, iudicem non posse ad inquisitionem specialem alicujus criminis descendere (etiamsi id noverint duo, vel tres testes) nisi præcedente infamia illius criminis: quasi dicat, nisi illud crimen occultum per infamiam fiat manifestum.

Quid sit delictum notorium

Notorium delictum illud dicitur, quod notum est omnibus, & ideo notorium appellatur, quod nulla tergiversatione celari potest, v. g. cum aliquis coram suo Superiore, & aliorum cætu delinquit, sicuti in Refectorio, Capitulo, Choro alijsque similibus locis publicis; nam hic notorie convincitur, & notorie debet puniri; nam eo casu, nullo juris ordine servato, statim receptis testibus ore tenus reo præsentem (etiam contumace, vel negante) convicto, illico potest puniri. *Publicum*, & *notorium* sæpè confunduntur, quamvis aliqui aliquam esse differentiam existimaverint: ego tamen, peccata in Monasterijs commissa, si a majori Monasterij parte evidenter cognoscantur, etiamsi ab alijs in eodem Conventu ignorentur, notoria esse, vel publica sine ullo discrimine semper existimavi.

Et licet Emman. Roder. *qu. 6. art. 4.* existimet, illud delictum esse notorium, quod coram decem personis committitur ab aliquo; mihi nihilominus videtur, quod si commissum fuerit ad minus coram quinque, poterit dici notorium, & publicum; tum quia in tanto numero, regulariter loquendo, non videtur posse occultari aliqua tergiversatione delictum commissum, ut ex ejus descriptione superius adducta constat; tum etiam præcipue, quia in multis Monasterijs non habitant plures, quam quinque, vel sex Religiosi, ideo peccatum, vel iudicium, quod notum est aliquo modo pluribus, quam quatuor merito dicitur notorium.

Hoc aperte colligitur ex *Capite Inquisit. de accusationibus*, ubi etiamsi crimen sit notum duobus, aut pluribus, non debere denunciari iudici decernitur, quia quasi occultum reputabitur: Auctores autem ferè omnes illa verba aut pluribus, exponunt: etiamsi tribus, aut etiam quatuor testibus sit notum. Igitur si istum numerum excedat, & crimen notum sit quinque, aut sex, merito dicitur notorium, maxime in Communitate Religiosorum, ubi quod notum est quinque, vix potest latere.

Notorium multiplicitè dicitur

Notorium præterea, generaliter loquendo, dicitur illud, quod iudex in actu iudicij proprijs oculis cum alijs assistentibus vidit, quamvis, ut delictum reputetur notorium, certa regula præscribi non possit, ut post M. Sotum in *4. Dist. 12. q. 2. art. 6.* communiter affirmant DD. Quare Prælatorum iudicio, eorumque prudentiæ, ac zelo relinquendum videtur, ut ex circumstantijs, & qualitatibus personarum, tam delinquentium, quam videntium prudenter iudicent, quale crimen sit, & dicatur notorium.

Deinde *notorium* sicut & *occultum delictum* multipliciter dici potest. Quoddam enim est *publicum*, quod dicitur à Juristis *publicum publicitate facti*: quia ita est omnibus notum & manifestum, ut nulla tergiversatione celari possit. Aliud est *publicum iudicè*, quando videlicet de

Tom. à Iesu Oper. Tom. I.

aliquo crimine per sententiam publicam aliquis est condemnatus. Tertio demum id publicum dicitur, quia à multis scitur, ut in iudicio probari possit; tamen non est notorium, ideoque dicitur *publicum in iure*, sed *occultum respectivè*. Occultum autem, aliud est tale: mo tantum sciente, præter eum, qui potest denunciare. Aliud est ita occultum, ut ab uno solo sciatur: si autem à solo delincente sciatur, omnino occultum nuncupatur. De hoc occulto genere hic non differimus; & idem est, quando multi sunt ejusdem delicti complices, nullusque alius scit.

Demum dicitur *notorium ex præsumptione juris*, quod licet per se non sit evidens, iudex tamen procedit ad ejus punitionem ac si esset evidens, propter vehementes conjecturas, indiciaque facta æquipollentia: ut v. g. si Clericus cum suspecta muliere sub eodem tecto cohabitaret, quam omnes ferè dicunt esse suam concubinam; quia tunc ob vehementem suspicionem punitur ut concubinarius.

Notandum est præterea, quod tam publica, quam occulta delicta subdividi possunt in delicta, quæ sunt contra bonum commune sive publicum, ut sunt crimina immediatè in DEUM commissa, ut hæresis, blasphemia, &c. vel etiam crimina læsæ majestatis temporalis, aut tandem similia bono communi detrimentum notabile inferentia, ut *Tractat. primo. cap. 12* declaravimus: & in delicta, quæ contra bonum privatum, vel tertiam, vel propriam personam committuntur, ut si quis v. g. vellet innocentem occidere, aut si quis gulæ, aut ebrietati sine aliorum esset scandalo deditus, & similia.

Inter hæc autem quantum ad inquisitionem, magnum discrimen versatur; nam aliter in delictis boni communis, seu tertiam personam offensivis: aliter in delictis, quæ privata tantum personam nocent, à iudice inquirendum est: & demum aliter in occultis, aliter in notorijs, etiamsi tantum noceant delinquenti, inquisitio formari debet, ut clarius ex *infra dicendum* patebit.

CAPVT II.

Specialem inquisitionem an debeant præcedere, infamia, iudicia manifesta, vel semiplena probatio?

Sententia est expressa D. Thomæ 2. 2. q. 69. *art. 2.* iudicem non posse contra aliquem iudicè procedere, nisi infamia, sive clamorosa insinuatio, vel iudicia manifesta, aut semiplena probatio præcedant. Hanc sententiam licet non probet D. Thomas, probari tamen potest hoc pacto.

Quia occultorum solus DEUS est iudex, juxta illud Apostoli ad Corinth. 4. *Nolite ante tempus judicare, quoadusque veniat Dominus, qui illuminabit abscondita tenebrarum*. Quasi dicat: Occulta & abscondita civino tantum subsunt iudicio, minime verò humano. Hoc autem varijs in locis docent summi Pontifices *Cap. Quæ* liter, & quando, & *Cap. Inquisitionis, de accusa-*

tionibus, & Cap. licet Heli, de simonia. Crimina autem, quorum nulla est infamia, nulla manifesta indicia, nec semiplena probatio, in iudicio occulta dicuntur. Igitur de his nulla potest fieri inquisitio. Inferius tamen hanc D. Thomae sententiam declarabimus: Interim tamen præmittere oportet, quid sit infamia, quid clamorosa insinuatio, quid manifesta indicia, & quid semiplena probatio.

Quid sit fama.

Infamia igitur est quidam rumor ortus, non à malevolis, sed à probis, & honestis hominibus, sparsus inter multos. Colligitur hæc definitio ex Cap. Qualiter & quando, Il 2. & Cap. Inquisitionis, de accusationibus.

Clamorosa insinuationem pro eodem ac infamiam sumi non pauci Jurisperiti censuerunt: aliqui tamen Auctores putant, ista duo in Jure distingui: ut infamia sit, quando viri probi judicialiter testantur, esse talem rumorem & famam de tali crimine; inter viros probos & honestos sparsam: clamorosa verò insinuatio sit vox totius populi, vel publicus rumor inter multos extra iudicium sobortus.

Infamia à viris & honestis provenire debet.

Dixi autem infamiam, non à malevolis & maledicis ortam, sed potius à viris probis, & honestis. Ad probandam infamiam duo sufficiunt testes, ut omnes uno ore fatentur; hi tamen non debent testari, si ita audivisse à majori parte populi: sic enim vix unquam posse infamiam probari, ac proinde modis istis procedendi esse inutilis; sed satis est (ut bene P. Lessius advertit Lib. 2. de Just. & Jure, cap. 29. dub. 16. secutus Baldum, & Julium Clarum, alioque Jurisperitos) ut testentur, se ita publicè audivisse, vel ita passim dici: debent tamen nominare à quibus audierint, ut sciatur, famam ab honestis, & probis viris oriri, testesque non fingere: unde si non nominarent eos, verè non probarent famam in criminalibus.

Indicia sunt circumstantiæ, ex quibus prudenter, & rationabiliter solemus de actionibus, operibusque fratrum nostrorum judicare. Quapropter indicia à Jurisperitis generatim vocari solent ea omnia, ex quibus potest aliquo modo colligi, quis sit Auctor criminis, ut fama, suspicio publica, testimonium unius vel plurium, confessio Rei, & similia: & cum indicia varia, & multiplicia esse soleant, de his, quæ necessariò prærequiruntur ad inquisitionem specialem, inferius dicemus.

Quid sit semiplena probatio.

Demum semiplena probatio est unius testis oculati, & jurati, omnique exceptione majoris testimonium. Oculati, quia testis ex auditu solo nullam efficit probationem, nec plenam, nec semiplenam, ut inferius dicemus. Jurati, quia testis sine juramento non facit fidem in iudicio. Addimus ulterius, omni exceptione majoris, id est, quod nullum pariat defectum, ob quem possit à testimonio ferendo jure repelli. Secus igitur de his tribus necessariò ad inquisitionem specialem prærequiritis, suo ordine, & loco disscremus.

CAPUT III.

Præcedere infamiam debeat omnem inquisitionem specialem, & quare?

Communis est DD. sententia, iudicem non posse contra aliquem instituire inquisitionem, nisi præcedente infamia Auctoris ejusdem criminis, & delicti. Dixi tendentem ad punitionem; quia ad malum impediendum, ut quando v. g. agitur de beneficiorum, & officiorum collatione, vel de matrimonio contrahendo, omninò licitum est inquirere de impedimentis, vel de vita moribusque particularibus personarum, & an de ipsorum moribus, aut delictis præcesserit infamia: debent tamen (tunc delectus, si qui sint, Superioribus secretò aperiri, & quantum fieri potest, sine famæ læsione.

Hæc sententia, quæ tam Theologis, quàm Jurisperitis est communis, probatur expressè Cap. Inquisitionis, §. tertia, de accusationibus, ubi dicitur: Ad hoc respondemus, nullum esse pro crimine, super quo non laboret infamia, seu clamorosa insinuatio non præcesserit, puniendum: quinimo super hoc depositiones contra eum recipi non debere, cum inquisitio solum fieri debeat super illis, de quibus clamorosis aliqui præcesserint. Et Cap. Qualiter, eodem titulo. Sicut accusationem legitimam præcedere debet inscriptio, sic & denunciationem charitativa monitio, & inquisitionem clamorosa insinuatio præcedat. Idque probatur ibidem exemplo villici Evangelij Luca 16. qui primò infamatus est apud Dominum suum, deinde dicitur ei: Quid hoc audis de te: Redde rationem villicationis tuæ. E. exemplo Sodomorum Genes. 18. de quibus Dominus ait: Descendam & videbo, utrum clamorem, qui venit ad me, opere compleverint.

Id autem non contemnendis rationibus probari potest. Et primò. Nam jus humanum quoad fieri potest, intendit bono communi cum minima jactura bonorum privatæ personæ, sive Civium providere. Inter bona verò temporalia præcipuè numeratur fama, quæ non parum læditur eo ipso, quod de alicujus delicto apud alios inquisitio fiat; quia merito quisque possit conqueri sibi fieri injuriam, si de vita propria juridicè inquireretur, cujus alioquin fama integra est; quia per hujusmodi inquisitionem redditur suspectus apud alios. Quare merito jura humana decernunt, nullatenus à iudice fieri debere inquisitionem de aliquo, donec ejus fama aliquo pacto aliunde sit perditæ.

Probatum deinde. Quia licet regulariter utilis sit Republicæ criminum punitio, id tamen absolutè verum non est, quando crimina sunt occulta, & nullus est accusator verus, vel fictus; tunc enim utilior est Reipub. sive Religioni conservatio famæ, & honori subditorum consulere, quàm intempestiva punitio, quæ sæpè turbatur Republica, & Cives maximis bonis, nempe honore & fama privantur.

Demum

Demum probatur. Quia iudex, ut optime probat D. Thomas 2. 2. q. 76. art. 3. contra neminem potest via inquisitionis procedere, quando nullus est accusator formalis, vel virtualis. Sed via inquisitionis nullus est accusator formalis, ut supponimus ex dictis. Debet igitur esse tunc aliquis virtualis, qui suppleat vicem formalis accusatoris. Virtualis autem accusator nullus alius esse potest, nisi infamia, expressa iudicia, aut semiplena probatio, quae aequivalent accusatori formalis, ut communis DD sententia tenet. Igitur sine aliquo horum, praecipue sine infamia, occulta crimina iudex inquirere non potest.

Unde fit, non sufficere, ut duo vel tres iurati testes affirment, se vidisse Petrum tale crimen committentem, ut exprimitur in Cap. Inquisitioni; quia adhuc crimen est occultum, ac proinde minimè per inquisitionem specialem est procedendum, sed necessariò requiritur, ut rumor sparsus sit per maiorem partem viciniae, Collegij, vel communitatis, in qua Petrus v. g. commoratur, ut dicatur ipse ibidem infamia laborare, ut capite procedenti annotavimus.

Notandum verò existimo, non esse juris divini, aut naturalis, sed positivi humani tantum, ut non fiat inquisitio sine praevia infamia Auctoris. Ita post Magistrum Soto tenet P. Lessius lib. 2. cap. 29. disput. 15. & P. Valencia 2. 2. q. 14. disput. 5. puncto primo. An verò iudicia, & semiplena probatio habeant eandem vim ad inquirendum, ac infamia, inferius explicabitur.

Dubium tamen oriri potest, an ex assertione iudicis dicentis, dum procedit ad inquisitionem, famam publicam praecessisse, eo ipso credatur infamia probata, an verò necessarium sit, quod speciatim ipse iudex prius probeat hanc famam praecessisse, saltem per duos testes? Aliqui distinguunt inter iudicem ordinarium, & delegatum, & affirmant, quod delegatus iudex non potest inquirere, nisi prius probata sit fama saltem per duos testes, & quod ordinarius iudex, qui ex mero officio procedit, potest, ut sunt Generales, & Provinciales; sufficit enim ut extrajudicialiter constet de fama, ut aperte docet Julius Clarus quest. 31. versic. fama publica praecedente. Franciscus tamen Aretinus in Practica sua criminali, cap. 14. quamvis existimet esse valde utile saepe expediens, quod probeat infamia, antequam inquisitio instituat, non tamen censet esse de necessitate, neque in iudice ordinario, neque in delegato probati infamiam priusquam inquisitio instituat, sed sufficere, quòd saepius pervenerit ad aures ipsius iudicis, ut aperte loquitur textus in Cap. Qualiter, & quando, in illis verbis: Si per clamorem, & famam ad aures Superioris pervenerit. Et cum utatur verbo illo Superioris, quod convenit etiam iudici delegato, clarè comprehendit tam iudicem ordinarium, quam delegatum.

Demum circa hanc inquisitionis materiam notandum est, quod si aliquando ad manus Superioris deferatur litera denuntiatoriae, aut infamatoriae nemine Auctore subscripto, nullo modo debet, neque potest inquirere, nisi praecedat infamia. At si mihi litera neque infamiam, neque indicium contra ipsum denunciat.

Ibidem. a Jesu. Oper. Tom. 1.

tum continet. Ita concludit Julius Clarus in Practica criminali, quest. 5. & cum eo omnes fere Scriptores. Quod etiam intelligendum est, etiam si in ipsis literis notificati essent testes de ipso delicto informati; quod quidem antea confirmatum fuit Decisione Summi Pontificis in Cap. Inquisitionis, extra, de accusationibus, ubi exprimitur prohibetur, ne fiat inquisitio ad eorum postulationem, qui clam schedulas ad aliorum infamiam tendentes proferunt, eisque rei ratio redditur à Panormitano; cum schedulae proreus infamiam non praesferant, ut habetur eodem tit. de accusationibus, Cap. Finali. Quare neque à fortiori id poterunt praestare literae delatores sine crimine.

CAPUT IV.

Casus excepti, in quibus absque infamia iudex inquirere potest.

Ab hac communi regula Auctores excipiunt aliquos casus, in quibus iudex ad inquisitionem specialem contra aliquem procedere potest, non procedente aliqua infamia, quos refert Bartol. l. 2. §. si in publico. ff. ad legem Juliam, de adulteris. M. Soto, de regendo secreto, membro 2. q. 6. Et omnes fere Commentatores D. Thomae 2. 2. quest. 69. artic. 2.

Primus casus est in crimine haereticis, & apostaticis. In his enim etiam sine infamia inquiri potest, ut communiter docent DD. in Cap. Qualiter & quando, de accusationibus, & aperte constat ex Cap. Communicavimus, §. Adjuvamus, de haereticis, & l. Apostatarum 4. C. de apostatis. Et ratio est, quia bonum publicum praefertur semper debet bono privato: cum autem haec crimina maxime noxia sint Republicae (ab ipsis enim semper eminet ceteris alijs periculum eversionis) si, ut bonum publicum sit praefendum bono famae alicujus particularis.

Secundus casus. Quando committitur crimen laesae majestatis, ut conspiratio in Principem, traditio Civitatis, falsificatio monetae, &c. ut clarè constat in Extravagant. Ad reprimendam, de haereticis, quae habetur in Jure civili in fine voluminis. Inter hos casus merito annoverantur omnia crimina atrocissima, quibus (ut vidimus Tractatu primo, cap. 13.) poena mortis etiam atrocis imponitur, in quibus non solum (ut Julius Clarus advertit, adductus praedicto cap. ut supra) infamia non requiritur, verum etiam multae aliae solemnitates etque substantialia, & de jure communi requisitae omitti solent.

Tertius. Quando frequentantur furta, homicidia, vel latrocinia, similiaque crimina, & delicta, quae Communitatibus nocere solent. Haec enim aperte sunt in damnum communem & tenentur iudices inquirere, & prohibere sine alia personae particularis infamia praecedente.

Quartus est evidentia delicti, nam delictum manifestum & notorium sufficiens est, ut iudex sine alia infamia personae ad inquisitionem specialem descendat.

Quod 2

Quin-

TESU
Spirit.
II

III
debeat om
m specia
re?

ntia, iudicem non
stingere inquisitio
d criminum proba
tia Auctoris epu
tendendum ad pun
iendum, ut quom
, & officium
o contrahendus
de impedimentis
ularibus personis
ibus, aut delictis
tamen tunc delictis
ecreto aperiti, de
lesione.

Theologus, quon
obatur exprimit
accusationibus, ubi
um esse pro crimi
seu clamorosa in
: quoniam super
on debet, cum
tu, de quibus ubi
Qualiter, eodem
a praecedere debet
aristoteli mon
onatio praecelso
villici Evangeli
est apud Do
id hoc autem de
i exemplo So
Dominus aut
em, qui venit ad

lis rationem
jus humanum
no communi
privatae perso
er bona verò
ama, quae non
icu jus delicti
eritò quilibet
de via popu
liquoque fama
inquisitionem
te merito ju
a iudice fieri
onec ejus fia

regulariter
icio, id est
do crimina
veritas, vel
sive Reli
ubditorem
qua saepe
mis bonis,

Demum

Quintus: Si confessus fuerit crimen occultum in iudicio, etiam coram paucis, ut si coram solo iudice, & Notario, ut colligitur ex *Cap. 1. de accusationibus, in 6.* Nam talis confessio inducit notorium, & publicum in iure; non tamen sufficit confessio extra iudicium; etiam si coram multis facta sit, nisi extra orta sit infamia: nec ea quæ facta est coram Prælo in cogitante aut inadvertente, vel in aliqua epistola secreta, quam Prælo aperuit, teste M. Soto, de secreto, *membro 2. quest. 6.* quod etiam ait Navarrus, de iudicijs, *num. 16.*

Sextus. Quando iudici per generalem inquisitionem procedenti patefactus est Auctor alicujus criminis; tunc namque potest contra eum procedere, ut docet Navarr. *ut supra num. 87.* Insuper P. Lessius *libro 2. cap. 29. dubit. 15. num. 127.* docet, communem esse Jurisperitorum sententiam; etiam si forsitan testis revelando peccaverit. Nam eo ipso quod crimen deductum est in publicam iudicis notitiam sive bene, sive male, eo ipso tenetur contra illud procedere particulari inquisitione, & illud punire.

Septimus. Quando crimen est commissum, vel detectum in iudicio, ut si v. g. testis falsum in processu deponat, si accusator calumniatur, &c. in his enim non est opus alia infamia, tum quia sicut processus iudicis est actus publicus; ita & cognitio, quæ ex illo habetur, reputatur ut publica, & ex consequenti crimen, quod in ipso processu committitur, publicum censetur: tum etiam, quia hæc crimina valde noxia sunt bono publico, veluti debitum ordinem iustitiæ perturbantia; unde merito, si probentur, sine infamia contra ea procedi potest, ut optimè M. Soto, de tegendo secreto, *membro 2. qu. 1.* Navarrus *Cap. Inter verba, num. 201.* & in *Rubr. de iudicijs, num. 88.*

Octavus. Quando evidentiæ, atque notoria adsunt indicia, vel semiplena probatio, ut ex sequentibus plenius constabit. Denique inter casus exceptos merito computatur; quando aliquis reperitur in fragranti crimine; nam tunc non solum potest iudex contra ipsum inquirere non precedente infamia, sed etiam procedere usque ad sententiam diffinitivam Juris ordine prætermisso, ut docet Julius Clarus in *Practica qu. 2.* Advertit tamen Auctor iste, quod deprehensio in fragranti delicto non inducit plenam probationem, sed solum operatur, ut reus possit torqueri, casu quo neget crimen. Quapropter tunc examinandi sunt testes, qui illum deprehenderunt, aut qui viderunt, ut iudicè deprehensus in fragranti crimine puniatur. Sunt præterea aliqui casus, qui cum ad nostrum propositum non pertineant, jure merito omittendos judicavimus.

CAPUT V.

In delicto notorio, etiam si malefactor sit occultus absque ulla infamia, iudex potest ac debet inquirere.

Cum inquisitio specialis sit investigatio criminis, vel personæ, dupliciter huiusmodi inquisitio (ut *cap. 1. huius Tractatus* annotavimus) contingere potest. Primo, Quando Superior inquit de crimine in particulari, non vero de persona. Secundo, Quando in singulari interrogat de hoc crimine, & de hac persona, quam merito DD. *mixtam inquisitionem* nuncupant. Nunc de primo genere inquisitionis sermo noster procedit, nempe quando crimen est manifestum, persona vero delinquens ignota.

Aliqui putant, non posse iudicem ex sola cognitione publici criminis, & delicti procedere ad inquisitionem personæ; inter quos fere Paludanus in *4. Distinct. 19.* Adrianus *Quodlib. 3. quos sequitur M. Soto de tegendo secreto, membro 2. quest. 6. & libro 5. de iustitia & iure, quest. 6. artic. 2.* Hi omnes volunt, requisitam esse ad inquisitionem specialem personæ infamiam, idque probare intendunt ex *Cap. Cum oportet. Cap. Inquisitionis. Cap. Qualiter & quando, de accusationibus.* Quare ipsi existimant in hoc casu iudicem tantummodò posse interrogare, quo tempore, aut quo loco commissum fuerit illud crimen, vel alias similes circumstantias; si forte ex illis cognitio personæ delinquentis per aliqua indicia deduci possit. Negant tamen, à principio posse inquirere, an testis sciat, quis commiserit illud crimen.

Contraria tamen sententia verior est, quam tenet Innocentius *Cap. Bonar. & Navar. Cap. Inter verba, conclus. 6. num. 124.* quam olim tenuere Panormitanus *dicto Cap. Bonar. num. 4. col. 5.* Bartol. *lib. 2. ad L. Iuliam, de adulterijs, num. 17.* Gloss. in *Canon. Quidam maligni, 5. quest. 1.* & in *Cap. Qualiter & quando, de accusationibus,* tenentque omnes fere Thomistæ Commentatores D. Thomæ 2. 2. *quest. 76. artic. 2.* ubi etiam Cajetanus annotavit, hanc docuisse aliquando D. Thomam, dum esset Baccalaureus Parisijs, nec videtur ille unquam retractasse. Nusquam enim negat, licitam esse hanc inquisitionem, quando delictum est publicum.

Hanc sententiam Salon de Iustitia & Jure, *Controv. 7. circa articulum 2. quest. 79.* D. Thomæ plurimis adductis rationibus probat, quibus brevitate causa omiffis, nobis pro multis interim sufficiat communis usus Reipublicæ, & iudicum timoræ conscientiæ, tam Ecclesiasticorum, quam secularium praxis. Et ratio præcipua illa videtur; quia ob bonum publicum (quod non negant opposita sententiæ assertores) licet procedere per specialem inquisitionem contra aliquos delinquentes, etiam si nulla sit infamia, ut *Cap. Superiori* annotavimus; sed non minus pertinere videtur ad bonum publicum, ut invento cadavere, requiratur homicida; invento furto, aut sacrilegio, quæratur latro; alias sæpè manerent impunita delicta non sine scandalo, & detrimento alio.

CAPVT VI.

Infamatus de uno crimine nulla ratione potest interrogari de alio, cuius nec praecessit infamia, neque accusator. Nec minus interrogari potest de complicibus.

Probabilior, & verior sententia tenet, infamatum de uno crimine nulla ratione posse interrogari de alio, cuius nec infamia, nec indicia, nec semiplena probatio praecellerint. Ita docent Cajetanus 2. 2. q. 69. artic. 2. & Opusculo. 17. responsione 3. M. Soto lib. 5. de iustitia, & iure, quest. 6. art. 2. Navarrus Cap. inter verba, conclus. 6. num. 97. & in Summa. cap. 2. num. 36. & plures alij. Quia (ut saepius diximus) non potest iudex obligare aliquem ad manifestandum reum occultum, quando nec adest praevia infamia, nec indicia, vel semiplena probatio praecedunt. Igitur ob eandem rationem non poterit iudex interrogare reum de uno delicto & crimine infamatum, de alio crimine, de quo nulla praecessit infamia; fieri enim potest, ut quis in materia superbiae sit infamatus, qui tamen circa iustitiam habeat bonum nomen, etiam si alias sit iniustus: quare respectu occulti criminis videtur habere jus, ut illi servetur bonum illud nomen, quod possidet.

Merito tamen advertunt DD. quod quando iudex inquirens de uno crimine, cuius Auctor laborat infamia, incidenter deprehendit aliud secundum crimen, de quo similiter reus est infamatus; tunc posse eundem iudicem inquirere de crimine incidenter sibi revelato, ut cum v. g. quis interrogatus, an Petrus commiserit homicidium, de quo jam laborat infamia, si incidenter affirmat, eundem Petrum etiam furtum commississe; posse tunc legitime iudicem inquirere de illo furto. Quam sententiam ex eo probat Navarrus Cap. Inter verba, num. 197. quia cum crimen deprehenditur a iudice, est notorium in iure: sicutque crimen, quod committitur in praesentia iudicis, non indiget alio accusatore, iuxta superius dicta, quam ipsius praesentia; ita censendum erit de crimine totam iudice, etiam incidenter detecto.

Haec tamen sententia merito limitatur a Mag. Soto, memb. 2. q. 1. ut procedat non de omni crimine incidenter detecto, sed de eo tantum, quod priori erat annexum, de quo jam praecellerat infamia, veluti si inquisitio fiat de infamato de concubinato, & deprehendatur praedictum concubinatum ad feminam sustentandam furari; tunc merito possit iudex de crimine isto occulto deprehensio inquirere.

Secunda hujus capituli pars docet, reum non posse interrogari a iudice de complicibus nulla infamia laborantibus. Conclusio est certa, & passim in utroque iure docetur. Cap. Cum Monasterium de confess. ap. Veniens. de testibus; estque communis DD. sententia; quae intelligenda est cum grano salis, nempe procedere tantum de complice, quando peccat.

aliorum, & scelerati liberius nocerent, quod esset in maximum damnum commune igitur &c. Et licet aliquando hoc, vel illud crimen non sit directe contra bonum commune, plura tamen crimina impunita manere, nullo modo absque scandalo, & communisque boni detrimento, contingere potest.

Ex eo demum haec sententia confirmatur, quia infamia (ex omnium consensu) requiritur tanquam accusator, ut superius exposuimus: sed in huiusmodi criminibus publicis & notorijs evidenti delicti est plusquam accusator, ut ex D. Augustino Cap. Evidentia, de accusationibus refertur illis verbis: Evidentia patris criminis, et amore accusatoria non indiget.

Illud vero prudenter notant hujus sententiae Auctores, in hoc casu inquisitionem non debere fieri de singulari aliqua persona, v. g. an Petrus occiderit hunc hominem; quia si nulla de Petro praecessit infamia, inique iudex inquireret de illo; nam illa interrogatione Petrus aperte infamaretur, etiam si non fecisset crimen. Ut igitur boho communi consulatur, poterit iudex prudenter inquirere, quinam per eam viam, in qua commissum est crimen, transierit? Quota hora in ea platea parte fuerunt aliqua persona? Simileque alias circumstantias petere, per quas quasi per gradus, sive indicia possit indirecte pervenire ad notitiam delinquentis.

Quod si occultus Auctor detegatur, poterit contra eum procedere iudice, etiam si ex ignorantia fuerit denunciatus, nec damnum secutum iudici imputabitur, ut recte Navarrus in rubrica de iudicis, num. 87. advertit; quia iure suo utitur; nam ex eo quod Auctor est publice detectus, etiam si id ab altero inique factum sit, potest contra eum informationem capere, convictumque punire: ipse tamen iudex tunc non est causa directa iniquae detectionis; nam propter bonum commune potest talem inquisitionem instituire, ut latius P. Lessius profequitur lib. 2. cap. 19. ad huc. 14.

Neque obstat Cap. Cum oportet, juncto Cap. Inquisitionis, & Cap. Qualiter & quando. Nam illa iura, si exacte expendantur, vel de inquisitione certa persona, quae immediate fieri non debet, ut diximus, quando non praecessit infamia, vel in casu quo persona & crimen simul erant occulta, intelligi debent.

In hoc vero casu, etiam si iudex iudicem reum interroget, ipse non tenetur se ipsum patefacere ante infamiam, vel semiplenam probationem, imo nec subditi, etiam sub iuramento interrogati, non tenentur manifestare delicti Auctorem, si nulla laborat infamia, nihilque mali in posterum timeatur. Si tamen crimen esset adhuc perpetrandum, vel continuandum, aut si ex eo grave damnum alicui immineret, quod alia ratione non posset commodè averti, interrogatus testis tunc possit & deberet Auctorem patefacere licet omnino occultum, & nulla infamia laborantem, ut in illo casu iudex possit opportuna remedia adhibere.

IESU Spirit. II

Sententia am iustitiam Soto limitatur.

T V. amfi malefactor... ue ulla infame... est ac de... rere. is sic investigat... dupliciter huius... Tractatus... Primò, Quando... in particulari... do. Quando in... mine, & de hoc... am inquisitionem... mo genere inq... nempè quando... persona vero delin... de iudicem ex... & delicti proce... inter quos... Adrianus... do secreto... fira & lora... requisitam est... rsona infamiam... Cap. Cum opo... valiter & quando... existant in hoc... posse interroga... commissum fuerit... circumstantias... delinquentis... Negant ta... an testis... verior est... onar. & Navar... 24. quam olim... Bonar. num. 4... de adultarij... maligni, 5... do, de accusa... nomitit Con... st. 76. artic. 2... hanc doculle... fter Baccalu... nam retractat... esse hanc in... publicum... fustitia & Je... 79. D. Tho... orobat, qui... is pro multis... Reipublica... tam Eccle... xis. Et ratio... ontum publi... tententia af... lem inquit... es, etiam si... notavimus; ad bonum... quatur ho... quatur... unta de... detrimento... alio.



peccatum cedit in detrimentum proprium ; nam si contra commune bonum pugnat, sine dubio potest ac debet de complicibus interrogari, dictante ipsa natura boni communis, quæ postulat, ut illud omnino famæ cujuscunque particularis præferatur.

Docent præterea Auctores hujus sententiæ, tunc posse judicem de complice interrogare, quando crimen est talis conditionis, ut sine socio committi non possit ; quia in hoc casu tanquam notorium reputatur, criminofum habuille complicem : quare nisi judex interrogaret, posset facile occasio publicæ suspitionis contra judicem, aut aliud suboriri scandalum in communitate. Tunc verò judex non debet speciatim inquirere, an Petrus, vel Paulus fuerint complices ; sed generatim tantum petere debet, quinam fuerint criminis socij ?

Unde optimè Navarrus. *Cap. Inter verba, conclus. 6.* (quem sequuntur alij non minoris notæ Auctores) docet, quod quando crimen, neque ex natura sua, neque ex circumstantijs præferat complicem, & aliàs peccatum non est contra bonum commune ; non posse judicem, etiam inquisitione generali, complicem inquirere ; quia deficiente illa ratione boni communis, nulla apparet ratio, ob quam possit interrogare de crimine occulto.

Demum observare oportet, quod id, quod in hoc capite & precedenti diximus de infamia, idem sentiendum est de indicijs expressis, aut semiplena probatione, nempe quod quando judex juridicè interrogat, precedente infamia, eandem etiam inquisitionem potest ipse instituire præcedentibus indicijs, aut semiplena probatione.

C A P V T VII.

Quando indicia etiam sine infamia sufficiant ad instituendam in- quisitionem particu- larem.

Indicia lato vocabulo sumpta (ut notat Pannormitanus, *Extra. de probationibus, cap. 3.*) primo loco possunt capi pro quacunque probatione, sive plena, sive semiplena, sive pro quocunque delicti signo: & tunc dicuntur *indicia* ab *indicando*, quia indicant aliquid factum, vel non factum esse. Et in hoc sensu certum est, nomine *indicij* comprehendi famam, testes, confessiones extrajudiciales, & aliæ quæcunque probationes.

Secundo autem modo pressius, & secundum propriam significationem indicia accipiuntur, & ita distinguntur ab omnibus prædictis, nempe, *fama, testibus, &c.* quæ ita describi possunt: *Indicium est aliquod notabile signum alicujus malefici, ab ipso condistinctum, & ipsum aliquantulum indicans magis, vel minus, clarius, vel obscurius secundum naturam, & diversitatem indicij.*

Quid sit indicium proprie sumptum Indicium propriè sumptum oritur ex his, quæ urgere possunt animum judicis ad credendum maleficium, vel rem, de qua agitur, evenisse. Credulitas verò judicis major vel minor

resultat ex majori, vel minori, clariori, aut obscuriori indicio: & ita indicia secundum eorum diversitatem inducunt vel opinionem, vel credulitatem, vel scientiam sive evidentiam.

Indicia æquiparantur testibus, ut constat ex *L. Sciant cuncti, C. de probationibus, & cum in dicta lege fit mentio indiciorum, additur, indubitatorum, & luce meridiana clariorum. Idem quoque confirmatum est per sacros Canones. 11. qu. ulla. cap. Sciant cuncti, & per consuetudinem in foro Ecclesiastico receptam. Et quemadmodum testes debent esse ad minus duo contestes, & omni exceptione majores, ad hoc ut sint idonei ad plenam probationem: sic ad hoc ut indicia plenè probent, debent esse indubitata, & luce meridiana clariora.*

Omnes ferè DD. conveniunt (paucis exceptis) iudicia, si expressa sint, sufficere, ad inquisitionem particularem, secuti D. Thomam 2. 2. quæst. 69. art. 2. ubi post Cajecanum omnes ferè Interpretes Sancti Thomæ eam sententiam amplectuntur, quo in loco expressè D. Thomas affirmat, judicem non posse reum juridicè interrogare, nisi præcedat infamia, indicia expressa, aut semiplena probatio. Ratio hujus sententiæ ea esse potest, quia indicia æquivalent accusationi virtuali.

Sed in quibus casibus possit judex præcedentibus indicijs expressis inquirere, existimo non satis clarè constare apud Auctores. Nam omnes ferè absolute cum D. Thomæ, in omni eventu posse judicem (si indicia expressa præcedant, non aliter ac de infamia diximus,) reum juridicè interrogare: alij verò licet pauci, indicia etiam expressa non sufficere ad inquisitionem specialem, aperte docent. Existimant enim, indicia nulla ratione accusatoris, sed potius testium, vim habere.

Hanc Sententiam expressè docet Salo, *de Justitia & iure, quæst. 109. artic. 2. contrav. 6.* secutus Navarrus. *Cap. Inter verba, conclus. 6. numero. 116.* & Auctores alios non infimæ notæ. Quorum illud est præcipuum fundamentum; quia judex necessariò debet servare in iudicio formam sibi à jure præscriptam, neque ullo modò est illi licitum, has juris metas, sive principia transgredi: sed in jure expressè caveatur, ut non procedat ad inquisitionem specialem, nisi prævia personæ infamia, ut constat ex *Cap. Cum oportet, Cap. Inquisitionis, Cap. Qualiter, & quando, de accusationibus.* Ergo non potest judex solis præcedentibus indicijs, quantumvis expressis, absque ulla infamie nota, ad specialem inquisitionem descendere.

Hoc argumento convictus Navarrus *Cap. Inter verba. c. 6. n. 182.* audacter affirmavit D. Thomæ doctrinam asserentem 2. 2. quæst. 60. art. 2. sufficere indicia expressa ad inquisitionem, non esse recipiendam; quia nullum allegat textum, neque rationem aliquam necessariam, contra expressam decisionem Juris Canonici, *Sine quibus* (inquit) *nulli Doctores necessariò credere tenemur secundum s. Augustinum.* Hactenus Navarrus. Quamvis ipse postea in Rubrica de *Indicijs n. 50.* adducat verba D. Thomæ asserentis, ad inquisitionem sufficere, infamiam, indicia expressa, aut semiplenam probationem præcedere, & docet D. Thomæ sententiam esse intelligendam de criminibus notorij, & famosis, de quibus,

quibus iudex iudicet inquirat finem, aut alterum horum, etiam disiunctive inquisitionem precedat.

Pro huius difficultatis pleniori interpretatione notandum est, indicium ab indicando merito fuisse derivatum, ut pote quo indicatur, & notificatur crimen, *Cap. Studijs. de præsumptionibus*, & apud Jurispræditos generatim ea omnia indicia vocantur, ex quibus potest aliquo modo conijci, quis sit Auctor criminis, qualia sunt fama, suspicio publica, confessio extrajudicialis Rei, dictum socij criminis, aut vulnerati, aut mandatarij, fuga post perpetratum delictum, inimicitia gravis, minæ præcedentes, res furata apud aliquem reperia, testis de visu, vel auditu, vel alio sensu, & similia alia, quæ brevitatis causa omittimus.

Indicia autem non omnino æqualia sunt, vel ad inquirendum, vel ad condemnandum; quare merito in tria genera dividi solent, nempe in *levia, graviora, & gravissima*, de quibus plenius Julius Clarus *lib. 5. s. finali. qu. 20.* & Farinac. *q. 36. & sequentibus*.

Levia indicia, sive simplicia, quæ suspensiones leves appellari queunt, illa dicuntur, quæ probabilem suspensionem de auctore criminis præbent; quæ licet ad inquirendum, & informationes capiendas, atque etiam ad Rei capturam, si de fuga dubitetur, possint sufficere, non tamen sufficiunt ad interrogandum, & multo minus ad illum tormentis exponendum. Iudex tamen, quod attinet ad capturam, cautè procedere debet, præcipue si indicia sint contra virum probum, & honestum, contra quem, nisi pluraquam levia indicia emerferint, non est procedendum.

Gravia indicia, sive argentia, quæ suspensiones vehementes nuncupari queunt, illa dicuntur, quæ ex magnis, & solidis proveniunt conjecturis, ut confessio delicti extra iudicium ab inquisito facta, fuga ipsius post perpetratum delictum ante inquisitionem formatam: quæ quidem indicia non solum sufficiunt ad Rei capturam, Reunque interrogandum, sed etiam si falsus non fuerit delictum, ad torturam inferendam, licet non sufficiant ad condemnationem Reij, nemo enim ex præsumptionibus, ac indicijs etiam vehementibus, in criminalibus poena saltem ordinaria condemnari debet.

Gravissima indicia, sive indubitata, quæ violentæ suspensiones merito appellari possunt, illa dicuntur, quæ ex maximis, & iudicis animum convincentibus conjecturis nascuntur: ut si quis de aliqua domo unum tantum ostium habente, cum evaginato ense, ac sanguinolento, facieque turbata visus fuerit exire, & in illa domo occisus homo reperitur; tunc illum tale homicidium commississe, violentum erit indicium. Similiter si quis cum alterius uxore in lecto jacere inventus fuerit, illum adulterium cum ea perpetrasse, violentum quidem erit indicium. Huiusmodi vero indicia, ut Doctores præfati affirmant, non solum ad torturam, sed ad condemnationem quoque sufficiunt. Quia in his gravissimis indicijs Juris præsumptio invenitur, ex qua ad criminalem punitionem & poenam ordinariam crimini imponendam deveniri potest, ut post Bartolum docet Farinac. *q. 52. num. 54.* nisi aliàs ex parte Rei aliqua ex-

cusatio, vel exceptio opponatur, nam tunc poena extraordinaria iudicis arbitrio puniri debet.

De indicijs, quæ debent precedere, ut inquisitio iudicet fiat, advertit rectè Cajetanus *2. 2. q. 69. art. 2.* tria, quæ maxime commendat Navarrus in *Rubric. de indicijs. in. 58.* Primum debere ea esse perfecta, quæ vehementem afferant suspensionem, & ut saltem duorum, vel trium testium, licet non omni exceptione majorum, prædicta indicia comprobentur.

Secundo docet idem Cajetanus, regulariter debere esse plura indicia, ut loci, temporis, &c. quamquam hoc, teste eodem Cajetano, ex iudicis prudentia pendeat. Possit enim aliquando unum indicium esse loco plurimum, quod proinde sufficeret ad inquisitionem; nam unus testis omni exceptione major, facit indicium perfectum, quando de ipso crimine, & Auctore ipsius testificatur, non tamen quando testificatur de alijs circumstantijs, ut si dicat: tali nocte fuit repertus in loco vicino, quando fuit commissum furtum; nam tunc istud indicium debet probari per duos testes, nec sufficit probari per unum, ut bene advertit Navarrus, *dicto num. 58.*

Tertio. Addit Cajetanus, secutus D. Thomam; indicia debere esse manifesta, sive expressa, & ita quidem manifesta, ut manifestè indicent hoc crimen, & hanc personam. Item debent manifestari ipsi reo à iudice, ut reus sciat se iudicet interrogari, ac proinde teneri respondere; alioqui non tenebitur, ut rectè docuit M. Sotus *lib. 5. de iustitia. q. 6. art. 2.* & alij DD. communiter.

Demum quæ indicia dicenda sunt levia, quæ graviora, sive gravissima, & quæ sufficientia, sive insufficientia ad inquisitionem, iudicis arbitrio Juris exillimant relinquendum; ut post alios resolvit Farinaccius *q. 8. num. 46.* in hac enim indiciorum materia, regula generalis & certa tradi minime potest; nam idem indicium, quod respectu unius leve dicitur, respectu alterius grave iudicari debet.

His præmissis. Prima conclusio sit. Quando crimen est notorium, indicia expressa sufficiunt, ut iudex ad specialem inquisitionem descendat, v. g. occasione patris criminis notorii, iudex generatim potest & debet inquirere (ut superius annotavimus) tunc si per infamiam, aut indicia, aut semiplenam probationem constet de malefactore, iudex debet inquisitionem specialem contra eum instituire. Ratio est: quia evidentiæ, sive notorietatis criminis, vicem tunc habet accusatoris virtualis, ut in superioribus ostendimus: ac cusatione vero formali, vel virtuali prævia, iudex iudicet procedit ad inquisitionem, indicia vero supplere vicem accusatoris, post Magistr. Sotum docet P. Lessius *lib. 2. Cap. 29. dubit. 12 n. 174. & dubit. 18. n. 145* & ante ipsum aperte docuit Navarrus in *Rubrica de indicijs. in. 58. & 78. & 96.*

Superioris conclusionis aham etiam seddunt rationem; quia quando aliquis est infamatus apud iudicem de aliquo crimine, potest interrogari de illo crimine. Igitur cum indicia judicialiter probata pariant apud iudicem quandam juris notorietatem, merito possunt pro infamia, & sic acculatore reputari, ut superius

perius num. 59. 78. & 96. docet Navarr. Quare ex duplici capite cum indicia expressa fuerint judicialiter probata, potest iudex procedere ad inquisitionem. Primo ex notorietate, & evidentiâ criminis. Secundo notitia quam jam de illo crimine iudex comparavit, quæ duo habentur pro infamia, aut fæto accusatore.

Illud tamen notandum est, quod cum iudex per sufficientes testes indicia probaverit, tunc debet eum, si fuerit præsens, de veritate criminis interrogare, ut si illud fateatur, ipsum puniat: si minus, ut inquisitionem contra ipsum instituat, ut aperte docet Julius Clarus q. 5. ex Innocentio & alijs, & P. Lessius *lib. 1. c. 5.* ut supra num. 139.

Secunda conclusio: Quando delictum quantum vis occultum est contra bonum commune, vel ex eo imminet damnum, vel spirituale, vel corporale tertie personæ, quod commode impediri non potest, nisi Superioris opere vel industria; tunc iudex solis præcedentibus indicijs expressis, potest specialiter inquirere Autorem illius criminis.

Hæc conclusio, quantum ad primam partem manifestè constat; quia bonum commune omnino præponderat famæ cuiuscunque particularis: Secunda etiã pars ex eo constat; quia ex charitate non solum possum, sed etiam teneor crimen alterius manifestare, quando ex eo grave damnum proximis imminet.

Hæc conclusio est communis apud omnes. Nota tamen, quod si ad avertendum illud damnum non fuerit necesse crimen alterius patefacere, quia forsitan per aliam viam, nempe per fratrem correctionem, illud damnum avertere quis potest; tunc nullatenus debet illud iudici aperire.

Tertia conclusio. Quando delictum notorium non est, sed potius omnino occultum, neque vergit in damnum commune, aut privatum alterius; tunc etiam si indicia expressa inveniantur, iudex non potest ad inquisitionem specialem procedere: quod ex eo manifestè probatur; quia si duo aut tres testes jurati non sufficiunt, ut iudex inquisitionem formet, nisi infamia prius præcedente, (ut expressè decernitur in *Capite Qualiter*, & quando 2. *Cap. Inquisitionis de accusationibus*) a fortiori solis indicijs innixus, nulla ratione poterit ad inquisitionem particularem progredi.

Restat jam, ut argumento in contrarium adducto respondeamus; & primò dicimus, illa capita ex *tit. de accus. desumpta*, intelligenda esse de crimine occulto, & de personâ, sive malefactore occulto: tunc enim etiam si indicia expressa, vel serquiplena probatio præcesserint, si infamia non præcedat, fieri inquisitio prohibetur; non verò illa Jura loquuntur, vel de crimine notorio, vel bono communi, aut privato iacturam inferente, nam tunc indicia expressa etiam sine infamia, ad inquisitionem sufficiunt, ut superius hoc capite annotavimus.

Ita prædicta Jura interpretantur Recentiores, ut Arragon. 2. 2. q. 69. *artic. 2. & alij.*

CAPVT VIII.

De indiciorum probationibus.

Sunt multa, & varia quidem indiciorum genera, de quibus longum esset speciatim disserere. Illud tamen præmittendum censio, antequam ad indiciorum probationes descendamus, quod in occultis criminibus, quæ sunt difficillimæ probationis, sufficiunt violentæ præsumptiones, etiam ad condemnandum reum, ut notat eruditè Emman. Rodericus *Tomo 2. qu. 3. art. 2.* citans pro hac sententia Jurisperitos quam plurimos, qui eam fatentur communiter receptam à Doctoribus, & Mascardum, qui affirmat eam sic servari in Curia: Decisionem Rotæ, & Hostiensem dicentem, quod in his, quæ in occulto committuntur, & certa probatio haberi non potest, indicia probabilia, & urgentes præsumptiones habentur pro sufficienti probatione; & ita idem Emmanuel Rodericus concludit, quod in similibus delictis occultis probatio sufficit per conjecturas, vel probationes, quæ in alijs non essent sufficientes, non tamen sufficit ad penam ordinariam imponendam, sed solum extraordinariam, majorem vel minorem indiciorum apparentiam, & probationem, ponderatis mature alijs circumstantijs aliarum personarum, loci, temporis, & similibus.

Quæ verò probatio in alijs delictis ordinarijs requiratur, oportet ut inquiramus: in qua re hanc statuimus assertionem, nempe: Ea probatio, quæ requiritur ad comprobanda delicta, eadem quoque ad plenam probationem indicij est necessaria, ita ut si ad illam duo testes contestes, omni exceptione majores, delictantur, ita quoque ad cuiuscunque indicij plenam probationem requiratur, & sicut unus, & singularis testis tantum facit semiplenam probationem, ita quoque unus testis facit & indicij semiplenam probationem.

Pro clariori verò hujus asserti intelligentia præmitto casum, v. g. si adsint duo testes, omni exceptione majores, deponentes de visu, quorum unus deponat de delicto in se, videlicet se vidisse Petrum vulnerantem Antonium, & alius deponat de indicio distincto, & non de crimine, dicendo se vidisse Petrum eadem hora egredientem de loco, ubi Antonius existit vulneratus, & præfatum Petrum habentem gladium sanguine conspersum; certum est quod primus testis deponit de delicto, & secundus de indicio tantum, ut constat. Ibi tamen plenam probationem facient, licet unus deponat de delicto, & alius de indicio; quia est indicium violentissimum, & maximum, & delicto proximum, & immediatum: & idem semper est dicendum de similibus testibus, quorum unus probet de delicto, & alius de indicio adeo connexo, ut merito contestes dici possint ex loco, tempore, & circumstantijs inseparabiliter connexis.

Sed quia hic non loquimur ex professo de probatione, quam faciunt indicia respectu delicti, ut reus vincatur, sed solum de probatione eorum in se: ideo stabilicum est à nobis, quod

Satisfit
argu-
mento
contrario

CAPVT IX.

Semiplena probatio quando, & in quibus delictis sufficiens sit ad inquisitionem.

Explicato INNOCENTII tertij responso in *Cap. Inquisit. & Cap. Qualiter*, & quando 2.

De accusationibus.

Duplex esse probationis genus, alteram quod plena probatio, alteram quod semiplena vocatur, Juris utriusque professores uno ore fatentur: plena est, quam alio nomine perfectam omnibusque numeris absolutam DD. appellarunt, quæ quidem ad condemnationem Rei, (qualis est quæ in ore duorum vel trium testium consistit,) est omnino sufficiens. Altera inchoata atque imperfecta dicitur, quam semiplena Jurisprudentes nuncuparunt. Nunc quam vim semiplena probatio habeat, merito inquirimus, an inquam hæc æquivalcat infamiae, & indicij expressis, ita ut iudex semiplena probatione præcedente, possit juridicè inquisitionem formare?

Pro hujus dubij resolutione præmittere oportet, esse Juris principium, unum testem omni exceptione majorem, semiplenam probationem etiam in criminalibus facere, ut constat ex *L. Admonendi, ff. de Jurejurando*, ubi Bartolus numero 36. & communiter DD. in *Legge Bonæ fidei. C. de rebus creditis*, quod similiter affirmat Glossa, *L. 3. C. ad legem Juliam Majestatis*, ubi etiam communiter DD. affirmant, quos refert ac sequitur Gomezius *Tom. 3. Variarum resolutionum, cap. 1. n. 2. circa finem*, & communiter docent DD. utriusque Juris.

Testis igitur omni exceptione major, qui & idoneus, & integer alio nomine appellatur, ille censendus est, qui fide dignus, juratus, & de facto ipso de visu deponit, aut de auditu in his, quæ solo auditu percipi queunt, cujusmodi sunt blasphemiae, injuriæ, & similia; sive de alio sensu corporeo in his, quæ illo sensu percipiuntur. v. g. de olfactu, an aliquis vinum biberit, nec ne? vel quod pulverem sclopetarium fuisset odoratus; de gustu, quod vinum, acetumve esset, quod gustavit; de tactu, an apprehenderit vestitum, vel nudum; ita ut testificetur de tempore, loco, aliisque circumstantijs substantialibus: præterea ut talis sit conditionis, ut nulla ei objectio, aut exceptio opponi possit, ut à testimonio repellatur, *Cap. Licet, de testibus, cum alijs Juribus*, ut probat Clarus, *quest. 2. 1. verbo, unus testis*, Penna in *Commentar. in 0. in 3. parte Direct. Inquisitio, verbo, voce autem*, & Farinaccius *q. 62. num. 1. & sequentibus*.

Unicus præterea testis omni exceptione major facit indicium plenum ad torturam, etiam si nulla alia indicia, sive levia, sive gravia concurrant, ut post alios Jurisperitos docent Julius Clarus, *q. 22. verbo, unum tamen*, & Farinaccius *q. 37. n. 54. & 58.*

In hac dubitatione sententia D. Thomæ *Sententia 2. 2. quest. 69. Artic. 2.* planè esse videtur, ad inquisitionem.

quod quando indicia non sunt evidentiæ, & nota, debent saltem probari per duos testes & con- testes ad hoc, ut sint certa, & indubitata.

Ex quibus infero, nihil magis, vel minus requirit ad probationes indiciorum, quam delictorum in se: ita ut si unus testis singularis facit semiplenam probationem, & duo testes con- testes plenam delicti, simili passu judicandum erit respectu indiciorum, & idem etiam servandum circa testes de auditu, & de probatione fama.

Ex quo secundo inferitur, quod duo testes deponentes de duobus indicijs remotis, nullatenus conjunguntur ad perficiendum unicum indicium, & similiter duo testes singulares de auditu non conjunguntur ad plenam probationem fama, vel alicujus indicij, ut dictum est.

Tertio infero, quod si unus testis deponit de fama, & alius de inimicitia, & alius de fuga, & sic de similibus, non conjunguntur ad plene probandum unum indicium, quod possit esse sufficiens ad torturam, ad quam esset sufficiens ex genere suo aliquod illorum indiciorum, si esset plene probatum per duos testes.

Neque obstat illa communis regula: singula quæ non prosunt, simul collecta juvant, igitur ex varijs indicijs resultabit unum sufficiens. Non probat, inquam, quia ut optime advertit Cærenius in sua *practica sol. 39.* hæc regula locum habet, quando illa sunt perfecta in genere suo, & sint plene probata, ut dictum est: unde fit ex superius dictis, quod testes singulares deponentes de pluribus indicijs, quorum quilibet indiciorum esset aliàs sufficiens ad torturam, si esset plene probatum, non debet movere iudicem ad torquendum reum, cum nullum præfactorum indiciorum per testes singulares sit plene probatum: idè nec simul collecta plura plene sufficiunt ad torturam. Verum est tamen, quod quando testes singulares deponant de indicijs adeo connexis, quod unicum integrant indicium perfectum sufficiens ad torturam, deveniri ad illam poterit: non ex vi singularium testium; sed ex connexione indiciorum, ut in exemplo de dicto vulnerato, & de duobus alijs dicentibus vidisse vulneratam fugientem, & cum ense sanguinolento patet.

Ex quibus ultimo inferitur, quod testes singulares de indicijs remotis, & levibus, de indicijs quamvis gravibus, non tamen connexis, nec se invicem complectentibus, nihil probant. Quæ digna quidem sunt, ut à Visitatoribus exactè notentur, ut autè in indiciorum examine procedant.

Corolla
111.

VIII.

ationibus.

idem indiciorum
um esset speciatim
ictendum casus,
obationes delicti
inibus, quæ sunt
sufficiens violenta
condemnationem
an. Rodericus
ic sententia Juris
am fatentur consensu,
& Malcatari in Curia De
dicentem qui
truntur, & centi
dicia probabiliter
abentur pro suffi-
Emmanuel Ro-
similibus delicti
onjecturas, vel
essent sufficiens
nam ordinariam
ordinarium, mi-
apparentiam
mature alijs citi-
m, loci, tempo-

delictis
inquiramus: in
em, nempe: Et
improbanda do-
m probationem
illam duo testes
majores, desole-
que indicij ple-
ficat unus, &
mplenam pro-
facit & indicij

erti intelliger-
sint duo testes
nentes de visu
in se, videlicet
Anthonium
cto, & non de
m eadem ho-
nitus existit
m habentem
& certum est
dicto, & se-
istat. Isti ta-
e, licet unus
icio; quia est
ximam, &
m: & idem
s testibus,
alios de in-
oines testes dici
stantijs in-

professo de
respectu de-
de proba-
est à nobis,
quod

LESU
Spirit.
II

inquisitionem specialem illa tria sepe à nobis repetita sufficere distinctivè, nempe infamia, indicia expressa, & semiplena probatio. Diximus de infamia, & indicijs superioribus capitulis, restat jam ut de semiplena probatione sermonem instituamus, exponentes quibus in casibus semiplena probatio sufficiat ad legitimam formandam inquisitionem.

Primo dico: In delictis quæ sunt contra bonum commune, ad inquisitionem sufficit semiplena probatio, etiam si nulla præcedat infamia, quia communi bono etiam cum detrimento fama unius aut alterius, omnino est consulendum. Idem etiam censeo, quando imminet proximo damnum grave ex peccato occulto alterius, in delictis etiam occultis. Vide quæ præcedenti cap. diximus de indicijs, quando hæc indicant peccatum contra bonum commune, vel particulare, & intelligit illud dictum juxta limitationem ibi expressam.

Secundo dico: Quod si crimen sit notorium, etiam si malefactor sit occultus, & unus testis omni exceptione major deponat de crimine Auctore, potest iudex ad inquisitionem specialem procedere. Ratio est, quia non minus hæc semiplena probatio inducit Auctorem in publicam notitiam iudicis, quam indicia judicialiter probata. Hæc enim cum pariant quandam juris notorietatem, possunt pro infamis, & ficto accusatore haberi, ut præcedenti capite annotavimus. Igitur cum semiplena probatio sit plerumque infamia, sive indicia, fit ut semiplena probatio à fortiori sufficiat ad inquisitionem instituendam, ut optime probat P. Lessius lib. 2. cap. 29. dubit. 1. §. num. 146. & Arragon. 2. 2. q. 69. art. 2.

Dixi in delictis notorijs, nam si occulta sunt, & nulla ratione communi bono adveniant, non sufficit unus testimonium, quamvis sit testis omni exceptione major. Unde ex dictis intelligitur, quod denunciator potest etiam admitti tanquam testis, cap. In omni, de Testibus, ubi Butrius, Ananias, Joannes Andreas, Felinus, Arelinus, Navar. in Summa 25. num. 3. & communiter DD. omnes tenent, ut docent Paulin. Berri in sua praxi criminali, titulo 7. cap. 5. & novissime Franc. Aretinus Minorita in sua methodo, sive practica criminali lib. 1. cap. 9. quod præcipue locum habet, tam in criminibus, quæ sunt in detrimentum communis boni quantumvis occultis, quam in criminibus notorijs, etiam si non sint in perniciem publicam.

Tertio dico: In omnibus criminibus sufficit semiplena probatio, ut iudex possit ea prævia, reum interrogare, quamvis facultatem non habeat procedendi ad inquisitionem specialem, & idem censeo de indicijs manifestis, & juridicè probatis. Hæc conclusio explicatione indiget, pro qua nota primò, ut rectè advertit Gregorius de Valentia. 2. 2. disput. 5. qu. 13. puncto. 2. & quasi. 14. puncto 1. quòd aliud est interrogare Reum de crimine, aliud verò facere inquisitionem particularem de eo; hæc enim multum distant inter se: nam interrogatio Rei fieri potest, ut præcedenti capite diximus, præcedentibus indicijs, aut semiplena probatione, antequam Iudex ad inquisitionem procedat, inquirendo & examinando Testes, & tunc Reus merito interrogatur, ut si neget contra eum instituat inquisi-

tio, inquirendo & examinando Testes, si vero delictum agnoscat, puniatur. Inquisitio verò fit, cum negante Reo Iudex procedat ulterius ad inquirendos, & examinandos Testes.

Nota secundò. Quòd duplex est notorium. Aliud dicitur *notorium notorietate facti*, in quo sententia notoria dicitur, (ut cap. 1. notavimus) quicquid coram iudice & coram Notario manifestatur, etiam si illa notitia resulet ex inquisitione generalis. Igitur etiam Iudex non possit inquirere contra reum, poterit tamen eum interrogare, tadicis vel semiplena probatione præcedentibus; nam tunc Iudex habet ius ad interrogandam Reum: ergo per semiplenam probationem acquirit ius aliquod, licet non ita integrum: ergo saltem acquirit ius interrogandi iudicè.

Confirmatur primò. Quia ex opposita sententia possunt multa damna oriri in detrimentum boni publici, imò etiam multa scandala in Republica; multa enim crimina impunita remanerent, si iuxta communem DD. sententiam iudex non posset procedere, prævia tantum semiplena probatione.

Confirmatur secundò ex communi usu omnium iudicum rotius Christianitatis. Hanc quoque sententiam (præter D. Thom. ut supra) tenent communiter omnes Recentiores, in quantum docent, unum testem omni exceptione majorem sufficere ad inquisitionem specialem. Ita tenent Antonius Victorinus in libro, de modo procedendi in causis Regularium, cap. 2. §. num. 1. & 2. secutus Bartolom. in l. Maritus ff. de questionibus, Thomas Trivisanus in libro, de modo & ordine criminaliter procedendi inter Regulares, cap. 7. num. 3. quam sententiam dicit esse omnium DD. Franciscus Aretinus in Pract. crimin. cap. 7. de ijs quæ observari debent ad torquendam Reum, affirmat communiter esse receptam ab omnibus Theologis, & Summis. Ludovicus Turtianus Tom. 2. de Just. & Jure disp. 50. dub. 2. docet esse communem, & in praxi omnium iudicum receptam sententiam, ut manifestè docet Navarrus in Rubric. de indicijs, in prima num. 56. ubi sic ait: Non potest quis cogi ad juramentum dicendi veritatem super occulto crimine, ergo non debet Iudex interrogare Reum juramento ei delato, antequam habeat plenam, vel saltem semiplenam de culpa notitiam. Et infra num. 59. sic scribit. Ergo Iudex non potest interrogare, neque cogere ad respondendum Reum, nisi prævia probatione ad id sufficere, in acta publicis a valide & ritè deducta, & ita solum præcedens notorietate, vel saltem infamia legitima, aut indicijs ei equipollentibus, quam rationem prius tetigit S. Thom. 2. 2. quasi. 33. art. 7. ad 5. ubi Prælati non est Iudex iudiciorum occultorum; sed sicut DEVS, unde non habet potestatem præcipiendi aliquid super occultis, nisi in quantum per aliqua indicia manifestentur, puta per infamiam; vel aliquas suspiciones, in quibus casibus potest Prælati præcipere eodem modo, sicut & Iudex seculari vel Ecclesiasticus potest exigere juramentum de veritate dicenda. Et infra eodem num. ubi (in q. i) colligitur ex præfata confirmatione S. Thom. quod Iudex non habet potestatem cogendi Reum ad jurandum de veritate dicenda, nisi infamia, vel semiplena probatio præcesserit.

Idem repetit num. 65. ubi docet quod etiam numerus unus Testis, nec duorum, nec trium sufficiat

sufficiat ad inquirendum, tamen constat dictum unius Testis omni exceptione maioris sufficere ad interrogandum, & hunc esse sensum Cap. Inquisitionis, dum requiritur ad inquisitionem duos, aut tres testes, non vero requiritur eosdem ad interrogationem, & clarissimum idem Navar. num. 96. docuit dicens: Ad verendum tamen, dici posse quod licet cum proceditur per denunciationem Evangelicam, aut judiciali-tem privatam, aut Canonice, non agatur ad punitionem delicti; si tamen per illas vias illud manifestum fiat iudici, poterit ille ex officio per viam inquisitionis procedere, et si sive texta nova tela iudicij, & punire illud, quem admodum posset si judicialiter constaret ei per confessionem incidenter coram eo factam, vel per generalem inquisitionem; ut supra dictum est: sed tunc non procederet sine accusatore vero, vel fido, quia erat notorietas, vel infamia resultans ex illa probatione judiciali.

Ex quibus, & precedentibus aperit colligitur, quod per quasvis vias, precipue per judicialem privatam, aut per confessionem Rei coram eo in iudicio factam, aut per generalem inquisitionem, posse Iudicem per viam inquisitionis procedere, incepta nova tela iudicij & punire illum.

Ex omnibus igitur in hoc capite annotatis clarè colliguntur sequentia. Primum. Semiplenam probationem tam in criminibus quæ communi bono, quam in illis quæ privato contrariatur, sufficere ad formandam inquisitionem specialem. Et idem censet Julius Clarus. lib. 5. q. 7. num. 3. quando procedit denunciatio, sive denunciatus faciat, vel non faciat semiplenam probationem, quia denunciatio, ut ille ait, succedit loco infamiae, & sic aperit viam Iudicij ad inquirendum.

Secundum. In notorijs criminibus notorietate facti, tam indicia expressa, quam semiplenam probationem, sive denunciationem sufficere ad prædictam inquisitionem specialem, vel saltem præbere facultatem ad interrogandum Reum.

Tertium. Non solum notorietatem facti, sed etiam juris notorietatem, scilicet quando crimen ad notitiam Iudicis pervenit, sit esse prævijs indicij, aut semiplena probatione, ad interrogandum Reum, licet non ad inquisitionem. Nam (ut superius annotavimus) ista duo

sunt valde distincta, nempe iudicem iuridicè interrogare alias personas de crimine Rei, quando per viam inquisitionis procedit, aliud vero Reum ipsum interrogare; nam ad inquisitionem in rigore sumptam, requiritur infamia, nisi in casibus superijs exceptis, nec sufficiunt duo aut tres testes iurati, ut Jura omnia communiter proclamant, ad interrogationem vero Rei iudicè factam, unum istorum trium, nempe infamia, indicia expressa, aut semiplena probatio distinctivè sufficit, nec tunc licet Reo calumniosè se defendere, tacendo veritatem. Quare non sunt hæc passim confundenda, interrogatio Rei, & inquisitio de Reo apud alios; quod qui non advertunt, magnam huic disputationi obscuritatem afferunt. Quare D. Thom. si avertit legatur dicto art. 2. quæst. 69. clarè inventis ibi ipsum fuisse locutum de interrogatione Reo faciendâ.

Caput verò Inquisitionis, iuncto Cap. Qualiter & quando, de accusationibus, aperit loquuntur de inquisitione à Iudice faciendâ, non verò de interrogatione Rei. Ut tamen Reus teneatur respondere iudicè, communiter DD. docent, debet illi semiplenam probationem, aut indicia expressa præstare manifestari, ut ipse teneatur veritatem declarare, nam Reus habet ius excipiendi contra Testem, vel an indicia sint levia, vel non satis probata, (saltem per duos Testes omni exceptione maiores) ut constat ex lege Custodias. ff. de publico iudicio.

Demum etiam unus Testis viam aperit inquisitioni, quando scilicet facta alicui correctione fraterna, ipso renuente corrigi, denunciatur Prælo; nam si tunc rebellis existat, sufficit ille Testis, qui denunciavit, & rebellio in eo casu succedit loco accusationis, & Prælati poterit iudicè inquirere, & procedere contra eum. Ita expressè cum Caserano 2. 2. quæst. 69. art. 2. tenent omnes fere Thomistæ, ex quo inferunt quod iste denunciatus potest esse Testis, post dictam rebellionem, sed ipse solus non sufficit, ut prælati possit eum punire, sed ultra requiritur, ut adsit alius Testis, ut expressè docet M. So. de secreto, membro 2. quæst. 8. in tertia concl. 1. Et tunc denunciator simul cum alio Teste sufficit ad plenam probationem.

Finis Tractatus secundi.

T R A -

IESU
Spirit.
II

TRACTATUS III.

DE FORMA OBSERVANDA à Visitatore in processu formando, in Testium exami- ne, Rei confessione, & de sententia definitiva.

PROLOGVS.

POST tractatum inquisitionis specialis, à qua proprie tela iudicij exorditur, me-
ritò de modo formando processum, de Testium examine, de confessione à Reo exigen-
da, atque tandem de sententia definitiva à Visitatore ferenda, instituenda erit à
nobis in hoc Tercio Tractatu brevis dissertatio.

CAPVT I.

De modo, & forma procedendi ju-
ridicè inter Regulares obser-
vandis.

PONtifices Summi, præcipuè BONIFACIUS
VIII. considerantes, exactum procedendi ju-
ridicè modum plenum esse contentionibus, al-
tercationibus, ac vario iudiciorum strepitu:
tranquillitati, & Religiosorum paci, simul &
charitati consulentes, maturè decreverunt, ut
rimulis & apicibus juris postpositis, Prælari li-
berè, & de plano procedere valeant contra delin-
quentes, abstinendumque docent ab illo rigo-
roso, & pleno juris ordine; tum quia id con-
tentionis genus cum Monachicæ institutionis
tranquillitate multùm pugnat, tum etiam, quia
eo omnis Monachorum vita & instituta ten-
dunt, ut secundùm ea omnes Monachorum
actiones dirigantur: nam aliàs si Prælari Regula-
res in disceptandis Monachorum causis juris
apices prosequerentur, contulendi essent iurif-
periti sæculares, Procuratores & alij, quibus
suppeditanda esset pecunia, & alia incommoda
eiusdem generis sequerentur; quibus nimirum
Religionis candor macularetur.

Sed antequam ulterius progrediamur,
Constitutionem Bonifacij viij. operæ pretium
duximus inferendam.

BONIFACIUS VIII. ad augmentum con-
tinuum Religionum, & Ordinum, quos Romana sus-
cepit, & approbavit Ecclesia, paternè studijs atten-
dentes, & considerantes attentius, quod non inter-
missa sedulitas disciplina & rigoris Ordines supradic-
tos, statumque Regularum salubriter dirigat, & conser-
uat; quodque, si etiam perire, vel remitti contigerit,
Ordo quilibet collabi necessariò cogeretur: penantes
quoque, quod si Regularium personarum correctio
rimas juris, & apices sequeretur, huiusmodi vigor
lentesceret, ac multiplici laxatione torperet: Nos ve-
stru piji supplicationibus inclinatis vobis Auctoritate

Apostolica in indulgentia, ut ad correctiones, & puni-
ones fratrum eiusdem Ordinis delinquentium infi-
gendas, Prælari Ordinis supradicti, ad ea quos specila-
re noscuntur, rimulis juris, & apicibus ejus postposi-
tis, liberè procedere valeant, secundum consuetudines
approbatas, & generalia facta & facienda Ordinis
instituta. Nec volumus eisdem licere fratribus, ad es-
dem correctionibus & punitionibus aliquatenus ap-
pellare, pravia deliberatione, & maturitate debita
observati.

Cum autem hac Apostolica Constitutio, sine
concessio facta sit ad propulsandas subditorum ca-
lumnias, & ad compescendam nimiam prælatorum
in puniendis fratribus licentiam, declaramus, & de-
cernimus, quod licet Prælati omnes ad apices juris ex
supradicta Constitutione non teneantur, ut sunt ci-
tationum intervalla, dilaciones interlocutoria, & ce-
teræ huiusmodi, qua non sunt de essentia juris: non
tamen possunt in actis judicialibus pro eorum arbi-
trio procedere; sed jure Divino, ac naturali ad sub-
stantialem juris ordinem tenentur.

Ideo statuimus, & decernimus: contra manda-
tam partem, aut in eum qui non est legitimè, ac suffi-
cienter convictus, aut confessus, gravem aliquam sen-
tentiam ferri non posse, nec debere, qua qui aut ad-
ibus legitimis, aut officijs Ordinis privetur, aut in exi-
lium relegatur, aut aliquo notabili nocimento affi-
ciatur: & lætam ipso jure nullam esse decernimus,
atque oppositum facientes, actibus legitimis perpetuò
privari debere.

Rursus inbibemus, ne Prælati nominatim de
peccato alicujus inquireant: nisi eo de crimine fuerit
infamia jure notatus, aut adversus eum indicia sint
evidentia, vel probabilia.

Caveant præterea Prælati, ne gravi erimen
aliquod suis subditis judicialiter imponant, ut ad cri-
men objectum respondere teneantur, nisi præter de-
nuntiatorem, accusatoremve sit alius saltem Testis
fide dignus juridicè interrogatus, vel nisi Reus esset in-
famia, vel indicij evidentibus evidenter gravatus:
Qui secus fecerit, Prælatus officio privetur Superioris
arbitratu. Si quis autem per duos, vel tres confessus
fuerit convictus de aliquo crimine aliàs omnino oc-
culto, ut sæpè contingit tunc non publicè, sed secretè

coram Teſtibus Reus ejuſmodi puniatur.

Verum tamen ſi crimen ejuſmodi atrox fuerit, Reus legitime conuictus corrigatur, quamvis inter reliquos fratris crimen ipſum alias occultum ſit, ut unius correctio ceteris tranſeat in exemplum. Iſta in et alias declarationes à Superiõibus obſervandas addit ſequentem. Ad pacem autem inter fratres conſervandam, ordinamus, ut Prelati nullo modo Teſtium, vel accuſantium nomina Reus manifeſtent, quamvis etiam ad inſtantiam, & punitionem procedant, niſi ubi, & quando eorum iudicio in oppoſitione alicujus gravis, & infamatorij criminis juſtitia periclitaretur. Nam eo caſu ſi Reus petat, & accuſantium, & Teſtium nomina ſibi notiſicari debere, non eſt ei denegandum.

Circa hoc & alia ſimilia Pontificum decreta, quatuor particule notati ſolent à Canoniciſtis. Videlicet, ut procedatur *Simpliçiter, Summariè, De plano. Et ſola veritate inſpecta.* Sed omiſſis aliis Doctõrum declarationibus, per has particulas tantum ſignificatur, ſervanda eſſe eſſentialia fori iudicialis, ut notat Panor. Paulus Felinus. Hoſtienſis, & alii, quos citat, & refert Roder. q. 3. ar. 1. Itaque particula *Simpliçiter* excludit calumnias, & dolofas dilaciones, inaneſque exceptiones, dummodo conſtet de commiſſo delicto. Particula vero *Summariè* denotat, ut quæ ad iudicii vim, & eſſentiam pertinent, ſolum adhibeantur: qualia ſunt, ut articulorum copia, de quibus cauſa dicenda eſt, Reo ſummariè tradatur, nempe quoad ſubſtantiam, omiſſis aliis circumſtantijs, quæ propalare poſſent Reo auctorem, vel Teſtes. Quare Reo manifeſtanda ſunt dicta Teſtium, tacitis eorum nominibus; quia nihil ſic Religionis quietem turbare ſolet, quam Teſtium nomina manifeſtare. Summariè itaque articulorum notitia concedi debet Reo, excluſis Teſtium nominibus, & particulis, quæ illoſ manifeſtare poſſint, dummodo juſtita detrimentum non patiat, ut contingere poſſet in graviffimis cauſis, ut inferiùs dicemus.

Tertia particula *De plano* ſignificat, ut omiſſa ſolemnitate ledendi, vel etiam feriatis diebus, in cauſa procedatur, ac poſt poſitis vanis exceptionibus, & evaſionibus, & appellacionibus, quæ in hoc iudicio ſummario minimè admitti debent, ne lites, & contentiones inter ipſos Regulares immortales fiant, in perniciem, & deſtructionem Regulatiſ diſciplinæ.

Quarta particula *Sola veritate facti inſpecta*, ſignificat, ut ſolemnitates omnes Juris rejiciantur, ac omnes Juris timoræ vel apices præterminantur, & ſolum ſervandum Jus divinum, naturale, ac Gentium, ut DD. in hac parte notare ſolent. Jus autem Gentium apud Regulares, ſunt eorum Statuta, ut Traſt. 4. dicemus. Modus verò procedendi ſecundum exactum Juris ordinem, non niſi magnis, & urgentibus cauſis, & rationibus adhibendum eſt, quando videlicet, eo non adhibito, juſtita detrimentum pateretur, vel Reus in deſenſum maneret, vel aliz graviffimæ intervenirent cauſe, ut bene advertit Octavian. Spatharius, traſt. 3. cap. 18.

Ex his inferitur, quædam eſſe quæ ad ſolemnitatem iudicii ſpectant: quædam quæ ad iudicii vim, atque naturam ſpectant. De his quæ ad ſolemnitatem, diximus ſuperiùs. Quæ Thom. à Jeſu. Oper. Tom. I.

verò ſunt eſſentialia in omni iudicio, brevia et perſtringamus. In primis illa quæ ad iudicii vim, & naturam pertinent, ſunt omnia illa, quæ in Clementina ſapè, de verborum ſignificationibus, continentur: nempe quæ ad ipſius veritatis realem perfectamque cognitionem, ac ad legitimas deſenſiones peragendas neceſſaria eſſe videntur, & quæ divino, aut naturali Jure, aut evidentiffima ratione ſervare docemur.

Secundò inferitur: debere Prelatos, poſt poſitis Juris apicibus in correctionibus fratrum, ſecundum conſuetudines approbatas, & Ordinibus Conſtituciones *ſimpliçiter, & de plano*, ſolum facti veritate inſpecta, procedere, ut bene notavit Abbas in Cap. Reprehendiſ, de Appellationibus: & tunc non erit opus Teſtes jurare, Reo appellacionem concedere, & ſimilia alia quæ ſunt de ſubſtantia, & eſſentia iudicii: eſſet enim valde abſurdum, ſi Prelatus Monafterium perluſtrans, reperire ſilentium, aut jejunium frangi, carnes comedi, & ſimilia ſic, ſi illa corrigere aut emendare non poſſet, niſi contentioſo iudicio adhibito, Teſtibusque examinatis; id enim potius eſſet occaſio corruptionis, aut diſſipationis obſervantiæ, quam correctio eorum culparum, quæ regulariter fieri ſolent, vel in Capitulo, vel in Refectõrio.

In his igitur correptionibus culparum, quamvis de plano Prelati debeant procedere, in gravioribus verò delictis omittenda non ſunt, quæ ad integritatem & eſſentiam iudicii omnino requiruntur: nimirum primò delatio, ſive criminis denunciatio. Secundò probationes per legitimos teſtes. Tertio Rei vocatio. Quarto Examen Rei ac Teſtium. Quintò. Deſenſiones Reo concedendæ. Sextò. Confefſio, vel convictio Rei. Septimò. Proceſſus. Octavo, Sententia diſſinitiva.

CAPVT II.

Quando Viſitator debeat, aut poſſit formare proceſſum.

Non erit abs re in præſenti tractatione aſſignare medium facilem, & brevem formandi proceſſum contra Reum, ut facilis poſſint Viſitatores gravia delicta non temerè, aut pro ſuo arbitrio; ſed juris ſervata forma diſcernere, & judicare. Conſultò dixi gravia delicta; quia proceſſus non paſſim, aut leviter formari debent, ſed tantum ad probationem graviorum delictorum, nempe eorum, quæ in noſtris Conſtitutionibus gravioris, aut graviffimæ culpæ nota cenſentur, ut perſpicue colligitur ex Bulla Gregor. xiiij. Quæ incipit: *Quoniam non ignoramus.* In qua decrevit, Provincialeſ utque ad gravioſam culpam poſſe, formato proceſſu, vel non formato, ad punitionem procedere; vel graviffimam, quam ad Definitorij generalis Jurisdictionem ſpectare, formato proceſſu ſtarui. Quare omninò Superiores cavere debent à nimio proceſſuum, & iudiciorum ſtrepitu, ne Religioſorum ſpiritus, qui ad altiora contem-

PPP dit,

III. ANDA n exami-

S. j exorditur, me ne à Reo exigentia tituenda cur à

ationes, & patione aliquamvis iſta, ad ea quæ ſubſtantiam ejuſmodi conſuetudine & faciendâ Ordine fratrum, deſerunt aliquatenus q. manenteſe debent

Confuſionis, ſi ſubſtantiam ſummarie prelatum eleramus, & ſi ad apices Juris ſunt, ut ſunt prolocutoria, & ſententia Juris: non pro eorum alio naturali ad ſub-

ut contra iudicium, niſi in aliquam ſententia qui aut admitteretur, aut in eodem momento eſſe ducerimus, iſtiusmodi perpetua

à nominatione de criminis ſententiam iudicia ſunt

grave crimen manent, ut ad criminis præterita ſaltem Teſtis ſi Reus ſiſtente præteritur Superiõibus leres conſuetudines omniad ad, ſed ſervandam

IESU Spirit. II

dit, ut procedent capite notavimus, hujusmodi secularis strepitu aliisque Juris apicibus, appellationibus, litibus, aut nimia sui Juris defensione obrutur, aut simplicitas Religiosa, quæ plurimum profectus spirituali deservit, extinguitur. Quare tantum in illo casu erit formandus processus, cum opus fuerit observantiam Regularem factam teclatamque servare, ne ob punitionis defectum succumbat; *Impunitus enim* (D. Bernardo teste) *in confessionum nutritus esse solet.*

Sed antequam stylom in formando processu ostendamus, operæ pretium erit prius exponere, quid in jure significet hoc nomen *Judicium*. Judicium communiter à Juristis definitur, sicut hac forma: *Judicium est actus à iudice factus ad finem condemnandi, absolvendi, vel exequendi.* Navarr. verò in Rubr. de iudicijs. num. 1. §. ita iudicium definit: nempe iudicium est actus trium personarum, iudicis, Actoris, & Rei, in discutendo contententium, vel contendere parantium. Quam definitionem ibi latius explicat Navarrus, asserens, verbum *actus* comprehendere actus iudicis, Actoris, & Reij, ita ut unus actus tantum non constituat iudicium.

Rursus per verbum *trium personarum* intelligit, id est trium generum personarum: scilicet iudicis, Actoris, aut Rei, cum bene possint esse litis consortes, nempe plures Actores, vel plures Rei, vel etiam plures iudices delegati in eadem causa. Præterea nomine *personarum* comprehendit veras, & fictas personas, de quibus Tract. 2. egimus, dum famam, vel evidentiam criminis sæpe supponere pro accusatore ficto ibi affirmavimus. Præterea advertendum, à qua parte litis iudicium incipiat. Glossa in l. *Si is qui Roma, verbo iudicium, ff. de iudicijs*, à litis contestatione iudicium incipere affirmat, hoc est à discussione causæ, dum discutitur iudicium inter Actorem, & Reum; dum Actor opponit: Reus verò respondit, quo fit, veram esse doctrinam Juristarum asserentium, litis contestationem fundamentum esse, & lapidem angularem totius iudicij; quamvis non desint quamplures Jurisperiti, qui omnino contendunt, iudicium à citatione inchoari, ut patet in textu, Capite penultimo, de foro competentis; sed prædicta iura, & alia, quæ pro contraria sententia adducuntur, facile concordantur, si dicas in Cap. penultimo sermonem esse de iudicio cepto, & inchoato. Contrariam verò sententiam loqui de iudicio integro, & formato: ita ut iudicium ceptum dicatur à citatione, integrum verò, & formatum à litis contestatione.

His constitutis, breviter explicemus quid sit processus. In primis processus dicitur, eo quod in illo continetur totum quod pertinet ad iudicium, nempe à principio iudicij usque ad finem. Quare initium processus incipit à libelli oblatione, hoc est à denunciatione iudicè Visitatori facta, qua supposita postea progreditur ad inquisitionem, vel generalem, vel particularem: deinde ad exigendam à Reo confessionem: demum audita parte, & confessione Rei præmissa, qua Reum, vel absolvit, vel juxta delicti gravitatem punit. Ex quibus omnibus suo ordine digestis componendus est processus, qui omne iudicium, & discussionem inter prædictas personas à principio usque ad finem comprehendit. Præterea processus hoc nomine vocatur translatione accommodata, ex loci mutatione, in

qua, qui in revalli initio, usque ad finem pervenit, procedere dicitur.

In processu verò caput & initium esse potest, vel libelli oblatio ab accusatore, vel à denunciante, aut infamia. Quare varie sunt casus, ex quibus oriri potest diversus stylus in formando processu; & demum quidquid ad causam spectare dicitur, in processu includi, & contineri debet.

§. Primus.

De processu à Iudice formando per viam inquisitionis generalis.

IN primis initio processus divinum est implorandum auxilium hoc vel simili modo, *in nomine Domini nostri Jesu Christi. Causa descripta sive processus de his, quæ fuerunt in inquisitione generalis.*

Pro qua inquisitione nota, quod tunc Visitator per modum inquisitionis dicitur procedere, quando ex mero ejus officio, & non ad instantiam partis procedit, secundum communem opinionem Canonistarum; quæ quantum ad nostrum propositum atinet, inquisitio dividitur in generalem, & specialem: generalis inquisitio illa dicitur, quando ex iudici officio fit, ad investiganda, & inventienda delicta, & delinquentes, nulla nominata persona, nec delicto, inquirendo super statu totius Provinciae, aut Diocesis, ut Episcopi, & Visitatores Regulares facere solent, ut deinde ad specialem inquisitionem deveniant; de qua inquisitione generalis, plenè egimus Tract. 1. fetè per totum; & de ea differitur in Cap. 1. de officio Ordinarij, & in Cap. Romana, de censibus, in 6. Hæc igitur inquisitio generalis vobis temporibus contingere solet. Primo tempore præscripto à quolibet Religione ad faciendam visitationem juxta decretum Concilii Tridentini, sess. 25. cap. 8. Secundò etiam fieri potest, quando ad aures Visitationis pervenerit fama aliquorum delictorum, sive minorum in aliquo Conventu, vel Provincia temerè grassantium.

Præterea in inquisitione generali, Visitator incipit suam visitationem, sine illo processu, dicens hac, vel alia simili forma.

In nomine Domini nostri Jesu Christi. Amen. Incipit visitatio hujus Provinciae, vel hujus Conventus à R. Patre Visitatore N. ab. N. in Conventu N. Anno

Mense Die incipit.

Postea in initio visitationis Notarius scribet hac, vel simili ratione, *Cum ad Dei gloriam, & bonum Religionis spectet, ut Superiores bono communi consulant, & aliorum peccata, sive delicta (si qua in aliquo inveni fuerint) charitate media corrigant, ac si opus fuerit severe coercant. Ideo præscriptum, &c.* Hic exhortatione facta, debet imponi præceptum, vel secundum nostras, vel alterius Ordinis Constitutiones, solamque debet legi præceptum, omittis alijs, quæ tantum serviant pro initio visitationis.

Postea scrutatio facta (ut supra Tractatus 1.) si quis in visitatione decreverit aliquod crimen Visitatori iudicè denunciare, in primis ante omnia Visitator à denunciante jaramentum exigat, & ut denunciationem accipiat cum

cum omnibus circumstantijs, denunciator scribat, vel per se, vel per secretarium, cui in Religione, imò extra illam tanta fides adhiberi solet, & debet, ac si esset Notarius (hoc enim quasi jure gentium introductum est in omnibus ferè Religionibus) Tertius tamen esset si Provinciales, qui ex privilegio Pontificio possunt creare Notarios, (ut advertit Emmanuel Roder. tom. 2. quæst. Regular. q. 13. ar. 2, & 3.) suos Socios Notarios constituerent.

Dixi opus esse, ut in scriptis denunciatio fiat, quia cum denunciator sit etiam simul Testis, ut tenent M. Sotus, Navarrus, & P. Bannes, quos adducit & sequitur Emmanuel Rodericus ut supra art. 6. (ut plenius Tract. 2. cap. 9. annotavimus) faciatque semiplenam probationem, quæ sufficit, ut in delictis, quæ sunt contra commune bonum, vel contra particulare alicujus, juxta superiùs dicta; Visitator ad inquisitionem particularem, vel ad interrogandum Reum procedat forma inferiùs præscribenda.

§. Secundus.

Formula denunciationis in visitatione servanda.

IN nomine Domini Nostri Jesu Christi Amen. Cum in Conventu N. Die Mensis Anno impositum fuisset à nobis initio nostræ visitationis præceptum generale de culpa, & defectibus aliorum, nobis sincere, & juridicè detegendis, comparuit coram nobis Pater N. ab N. ejusdem Monasterij conventuali Sacerdos, annorum N. qui prestato juramento de veritate dicenda, affirmavit, gloria Dei ductus, & zelo Religionis, se sive Patrem N. ab N. esse proprietarium, & accipere, retinere, expendere, sive donare pecunias in magna quantitate, sine ulla Superioris licentia: vel habere familiaritatem suspectam, vel scandalosam cum tali femina, ac propterea eum denunciare, ut juridicè secundum culpa qualitatem puniatur. In quorum fidem prædictum testimonium propria manu, coram Patre N. Visitatore, & N. Secretario subscripsit, eodem die, & anno quo supra.

Pater N. Provincialis sive Visitator. Fr. N. ab. N.

Pater N. Secretarius.

§. Tertius.

Formula servanda, quando Visitator procedit per viam denunciationis.

DEnunciatio, ut sæpe in superioribus annotavimus, nihil aliud est, quam delatio alicujus criminis apud Judicem competentem ad poenam vel correctionem inferendam delinquenti, ut notat Navarrus, Cap. Novis. de Judicijs, notabili 5. num. 2. & tunc quando præcedit ista juridica denunciatio, tenetur Visitator ad specialem inquisitionem descendere, sive hæc denunciatio descendat ex visitatione generali, sive Ibom. à Jesu. Oper. Tom. 1.

ex alio capite, sive demum Visitator procedat ex merito officio, ut inferiùs exponemus.

Quando igitur via denunciationis proceditur, sic etiam processus poterit incipere. Coram nobis Patre N. Provinciali, sive Visitatore comparuit frater N. & in modum denunciationis sequentia hu verbu exposuit.

In nomine Domini Amen. Ego frater N. coram vobis Rever. Pater Provincialis per modum denunciationis expono, qualiter frater N. & cætera ut supra. Quæ quidem denunciatio non animo maligno sed bono Religionis zelo, ut per vos, qui es communis Prælatus noster, & pater, provideatur scandalo orto inter fratres, & demum bono Religionis nostre consulatis, ne ceteri similia deinceps committere audeant. Datum in nostro Conventu N. Die Mensis Anno

Aliud exemplar.

Coram nobis P. N. comparuit Fr. noster N. ab N. qui per modum denunciationis exposuit, quod cum hu præteritis diebus esset in domo quarundam secularium, in tali loco, intellexit ab eis cum gravi cordis sui angore, quod ipsi non parum fuerint scandalizati, ex admodum frequenti atque domestica familiaritate fratru N. nostri Ordinis, cum tali muliere, quæ est mala conditionis, & fama. Quare ego frater N. ab N. zelo Dei ductus, & anima illius fratris nostri, & honoru Religionis, ac primum ad honorem Dei desiro ac denuncio vobis factum istud, quo si providere possitis, eo meliori modo, quò noveritis expedire, provideatis. mecum erat frater N. ab N. qui & ipse omnia audivit. Datum in conventu nostro die Mensis Anno

Postea ab illo inquirat Visitator, an sint alij Testes, & de scientia, & de alijs circumstantijs, juxta ea, quæ inferiùs dicentur, in capite de Testibus examinandis, & postea legatur ejus depositio, & notetur in processu. Hac denunciatione præmissa Visitator procedere debet ad examen Testium juxta præscriptam formam infra.

Restabat in hoc capite aperire viam de modo procedendi per viam accusationis, sed quis nostri munus est, accusationes omnes à Religionum finibus longius relegare utpotè Regularium puritati, & sinceritati omnino contraria: tum quia nulla causâ inventiri potest, cui non possit per viam denunciationis provideri. Ideò abstinendum duximus à modo & stylo formandi processum per viam accusationis.

C A P V T III.

De forma in processu servanda, quando Visitator procedit ex officio absque ulla denunciatione.

DUplex est inquisitio: una generalis, quando Prælati initio suæ visitationis imponunt præceptum formale, ut ea quæ sunt in illo Conventu correctione digna, ei manifestentur, de qua jam diximus. Altera specialis, quando præcedente noticia Ppp 2 de

Quatuorplex inquisitio.

IESU Spirit. II

que ad finem pervenit & initium esse particulari, vel ad notate varie sunt ceteris stylis in formam quædam ad causam includi, & ceteris. us. formando per generalis. Divinum est in simili modo. Item. Causa deservit in inquisitione. nota, quod tunc in his dicitur processio, & non de secundum commo; quæ quæ in et, inquisitio dicitur: generalis. ex Judicij officio danda delictis, & ibi sona, nec delicta. Provincie, ut tatoris Regulari scialem inquisitio inquisitione generalis totum; & de Ordinaris, & e. Hac igitur notis coningitro à quibus ionem juxta de .cap. 8. Secundo aures Visitatori orum, iustel Provincie

de aliquo singulari delicto, & persona delinquente, præmissa semiplena probatione, aut infamia, Visitator procedit ad specialem inquisitionem faciendam, secundum formam præscriptam in cap. præcedenti. Alia est inquisitio, quæ etiam specialis dici potest, cum crimen perpetratum est notorium, & criminolus occultus: tunc enim tenetur Prælatus inquirere generatim malefactorem; non tamen speciatim an Petrus, vel Joannes tale crimen commiserint, nisi infamia, indicia, aut semiplena probatio præcedat, ut laudis in cap. de inquisitione superius annotavimus.

Hanc inquisitionem debet præcedere evidencia facti: factum autem, siue delictum potest esse, aut permanens, aut transiens: facti permanentis delicta dicuntur, quorum vestigium sensibile post illa commissa manent, ut in homicidio, stupro, incendio, percussione, si in illa cicatrix relinquatur, vel vulnus, aut in furto cum fractura &c. transiens facti dicuntur illa delicta, quorum nullum post ipsa perpetrata sensibile, aut visibile vestigium manet, ut conviciis, blasphemia, siue alia injuria, siue fornicationes, percussio absque signo relicto, aut furtum sine fractura, &c.

Visitatori igitur in primis constare debet de corpore delicti, siue id fiat per denunciationem juridicam, siue per inquisitionem, quæ oritur vel à notorietate facti, vel ab infamia, vel ab indicij violentiis, aded ut nullus Visitator possit processum contra aliquem sibi subditum formare, nisi juridicè fuerit denunciatus, aut legitimo modo infamatus, aut indiciatas, aut deum in fragranti crimine notorio deprehensus.

Quando Prælatus, vel Visitator volens facere inquisitionem de delicto notorio, & non inventantur nec indicia, nec infamia, nec semiplena probatio contra delinquentem, debet hac forma procedere.

Die Mense Anno

Cum pervenisset ad nostram, vel aures R. P. Provincialis, vel Visitatoris publica quadam fama deferente in Conventu N. tale delictum scandalosum fuisse patratum, & attendentes delictum in Dei offensam, & in iacturam Religionis cedere ex debito officij visum est, juridicas informationes capere à fide dignis, qui possent veritatem patefacere, & ideo decrevimus forma debita, & juridica Testes examinare.

Post hæc procedendum est ad examen Testium hac vel simili forma.

CAPVT IV.

Forma examinis Testium circa delictum notorium.

Eodem die, & anno R. P. Visitator considerans, quod tale, tamque grave delictum in tali Monasterio commissum, sine maxima Dei, & proximi offensione tolerari nequeat, processit ad Testium examen, pro investigando delinquenti; Quare eodem die vocatus P. N. ab N. coram eodem P. Visitatore existente in eodem loco, & in primis præmisso juramento vel præcepto formali, interrogatus fuit an sciat, tale delictum patratum in illo Conventu fuisse,

Et si res, ondeat se scire. Secundo interrogatur quomodo id fiat? Obicit at tali tempore, ac tali hora, quando delictum fuit commissum, & quem credit illud commississe, ut ut serio referat, quidquid scit de hujusmodi re, vel factis, &c.

Omnia notentur, & animadvertatur exprimentur omnia necessaria, & circumstantia, scilicet delictum, delinquentis, complices, locus delicti, tempus præsum, quando commissum, occasio, siue causa, toties & quoties, Testes qui fuerint presentes, aut de visu, aut de auditu, & alia similia: si vero Testes, se ignorare affirmet, imposito præcepto de servando silentio, & obtemperata ejus subscriptione dimittatur, vocenturque alij Testes, donec Reus detegatur, siue do nec indicia sufficientia contra aliquem vel aliquos inventantur, invento Reo juridicè procedat, examinando Testes, donec per plenam probationem convincatur.

CAPVT V.

Alia forma examinandi Testes circa factam denunciationem contra aliquem delinquentem.

Diximus præcedenti capite, qua ratione Testes sint examinandi à Visitatore, quando patratum est aliquod notorium delictum, delinquens vero est occultus, nunc præscribere oportet modum & formam examinandi testes circa delictum alicui particulari personæ per denunciationem imputatum, præmissa enim juridica denunciatione (ut supra diximus) tenetur Visitator ad inquisitionem specialem, hoc est ad Testium examen devenire.

Antequam igitur Visitator ad Testium examen descendat, oportet ante interrogationes præscribere modum ac formam, ex qua constare aliquo modo possit de delinquente, & de delicto commisso, & de causis quibus movetur ad inquisitionem faciendam, ut sic clarius constare possit, se non leviter, aut minus juridicè Testes interrogare, quod non incongruè sequenti forma, vel alia simili exprimere poterit.

Die Mense Anno

Cum pervenisset ad nostram nostram, publica quadam infamia deferente, vel legitima denunciatione per Testem omni exceptione majorem, Patrem N. ab N. Procuratorem hujus Monasterij bona, sine legitimo Superioris consensu temere dissipasse, tum donationibus à se suis consanguineis factis, cum non modicam pecuniarum summam in convivij & potationibus insumpsisse, nec non aliquibus Religiosis suis amicis, & etiam alijs secularibus exhibuisse, cum ad Dei gloriam, & ad disciplinam Religionis conservandam necessarium sit, ut similia delicta impunita non remaneant, ac ex debito nostri Officij tenemur ad debitam inquisitionem alium delictum plenius faciendam, præcipimus in virtute Spiritus Sancti, & sanctæ Obedientia, & sub præcepto formali omnibus Religiosis juxta tenorem sequentis interrogatorii examinandis, ut veritatem, postposito omni odio, vel amore, aliave passione sincere deponant.

Poterit tamen Interrogatorium majoria claritatis gratia in aliquos articulos, siue Interrogationes dividi, quibus tota series facti comprehenda-

hendatur, quod fieri poterit secundum formam inferius praescriptam.

Forma Examinis aliorum Testium.

Interrogatorium.

Die Mense Anno.

Die Mense Anno

Coram R. P. Visitatore N. in Conventu N. vocatus Monasterij Superior etatis annorum N. & monitus, ac juramento ab eo praestito de veritate super interrogandis dicenda, tacto pectore, more sacerdotum juravit, & circa interrogaciones propositas respondit, ut infra.

Primo, Interrogatus, an cognoscat P. N. ab N. Religiosum profissum sacerdotem, & Procuratorem illius Conventus, & à quo tempore illum agnoscat? Respondit, se à multis diebus illum agnovisse, & familiariter cum ipso, in illa Conventu fuisse conversatum.

Secundo, Interrogatus, cujus fama, & opinionis sit tam apud alios quam apud ipsum? Respondit, se praedictum P. N. habuisse pro viro probò, ac bona fama & opinionis tam apud alios illius familiae Religiosos, quam apud ipsum.

Tertio, Interrogatus in quos usus ille, & pro quibus expendat Monasterij pecunias sine licentia Superioris, elargiendo illas suis consanguineis, ac aliquando in convivijs luxuriose cum secularibus bibendo? Respondit, se audivisse praedictum P. N. distribuisse aliquas Monasterij pecunias inter fratres & consanguineos, sed tamen nescire, an hoc praemissa Superioris licentia faciat, nec ne.

Quarto, Interrogatus, à quibus audivit praefatum N. expendisse praedictas pecunias sine licentia Superioris, elargiendo eas suis consanguineis? Respondit, se hoc à Patre N. illius Monasterij sacerdote accepisse, quo asserbat, hoc audivisse à quadam consanguinea ejusdem Procuratoris, vocata N. Item se etiam hoc accepisse à fratre B. qui cum esset ordinarius socius Procuratoris asserbat se praesente, emisse quosdam annulos aureos, eosque praedictae consanguineae dedisse, rogans praedictum socium, ne alijs Monachis patefaceret.

Quinto, Interrogatus, cujus fama, & opinionis sint Religiosi à quibus audivit, praedictum Procuratorem expendere illas pecunias, & an sint viri probi, de quibus nulla ratiōne praesumitur potest, quod odio, aut passione aliqua ducti sibi culpam Procuratori temerarie imponant? Respondit, habere se pro comperto, illos Religiosos esse viros probos, timorata conscientia, ac testes omni exceptione majores.

Sexto, Interrogatus, an sciat, vel audiverit aliquid aliud peccatum, materiam proprietatis concernens? Respondit, se nihil aliud scire.

His peractis, legatur ejus depositio, & notetur in processu, & Notarius terminabit examen his verbis: Quibus habitis dimissus fuit praedictus P. N. Supplicatio imposta sibi silentio de secreto tenendo sub eodem praescepto, & subscribatur, Ego P. N. assero ut supra. Deinde Notarius concludat.

Acta sunt per me Fr. N. Notarium, coram R. P. Visitatore, & tam Notarius quam Visitator subscribatur.

Deinde Visitator, ut debito ordine in accepta inquisitione procedat, debet ad se vocare praedictos Religiosos, à quibus praefatus Supplicator, in examine antecedenti dixit se audivisse, quos examinabit sequenti forma.

Thom. à Jesu. Oper. Tom. I.

Vocatus Pater N. ab N. ut supra.

Primo, Interrogatus an cognoscat P. N. Procuratorem, &c. ut supra. Respondit ut supra.

Secundo, Interrogatus, an sit bona opinionis, &c. ut supra. Respondit ut supra.

Tertio, Interrogatus, an sciat illum esse proprietarium, ac expendere Monasterij pecunias, &c. ut supra. Respondit, se quadam die audivisse, à quadam consanguinea praedicti Procuratoris, eam habere quosdam annulos aureos, quos sibi Praedicator N. ejus consanguineus donaverat, & quae ostendisse aliquos annulos à praedicti Procuratoris sibi tradidit.

Item se scire praedictum P. N. Procuratorem, Monasterij expensis, sine Abbatis notitia, tam pro amicis monachis quam pro tribus alijs secularibus etiam amicis splendidum parasse convivium tali die mense in Abbatis hospitio, nesciente Abbate.

Quarto, Interrogatus, Quomodo id sciat? Respondit, se id certo scire, tum quia fuit unus ex invitatis, tum quia audivit ab ipso Procuratore, se magnam pecuniam summam in illo convivio insumpsisse.

Quinto, Interrogatus, an sciat aliquid aliud peccatum in simili materia proprietaria à Procuratore commissum? Respondit, se nihil aliud scire.

Et post haec legatur ejus depositio ut supra.

Eodem ferme modo erit examinandus à Visitatore Fr. N. socius Procuratoris, qui examinatus juxta praedictas interrogaciones, ad primam, & secundam, Respondit eodem modo, quo alij Testes.

Ad tertiam respondit, praefatum P. Procuratorem N. Monasterij pecunias in magna quantitate sine Superioris licentia prodigiè insumpsisse, & tam Religiosos, quam secularibus consanguineis distribuisse.

Interrogatus, quomodo id sciat? Respondit, se sepius vidisse illum pro Religiosis Monasterij sibi amicitia junctis emere vestes sive utensilia alia.

Interrogatus, quomodo id sciat fieri sine licentia Abbatis? Respondit praefatum Procuratorem in sibi sapius manifestasse, & serè injurasse, ut nemini hoc patefaceret.

Deinde dixit praedictum Procuratorem convivium magnum, tam pro Monachis notis, & amicis, quam pro secularibus, cum notabili expensa Monasterij preparasse, ac ipsum esse certum de hac re, quia ter, aut quater fuit ab ipso invitatus, ac demum scire, quod in ejus praesentia praedictus Procurator uni ex suis consanguineis vocata N. annulos aureos donasse, ejusque sorori cateniam auream tradidisse, eam humiliter deprecans, ut praedicta omnia silentio servaret.

Interrogatus, an sciat aliud peccatum contra paupertatem votum? Respondit, se nihil aliud scire. Postea legatur ejus depositio &c. & terminetur examen ut supra. Idem servari debet in quocunque alio Testium examine.

Testibus à Visitatore eo quo dictum est modo, examinatis, ut Visitator ipsemet possit vim testium, aut probationes à se factas clarè discerneret, necesse est, ut attente consideret, an Testes sint singulares, discordes, varij, aut con- testes, & an indicia sint sufficientia, ut simul cum semiplena probatione, possit Reum convincere, quod ut apud iudicem possit, non immerito adjecimus duo capita sequentia.

TESTU
Spirit.
II



CAPVT VI.

Qualiter se debeant gerere Testes in detegenda veritate, à Visitatore examinati.

D. Thomas 2. 2. questione 69. arti. 2. cul. 2.

Prima Regula. Iudex non potest Testes de aliquo interrogare delicto, nisi prius constet de delicto commisso, vel per infamiam, vel per sufficientia indicia, aut denique per semiplenam probationem, ut omnes cum D. Thoma 2. 2. quaest. 69. arti. 2. affirmant; tunc enim Iudex iudicet interrogat.

Secunda. Quotiescunque Testis in iudicio secundum ordinem Juris examinatur, hoc est iudicet interrogatur, tunc Testis tenetur, respondendo, veritatem dicere.

Tertia. Quotiescunque certò, & evidenter constat, Visitatorem esse probum virum, non est necessarium, ut ostendat Testi, se in examinando procedere secundum ordinem Juris; quia nemo peccare praesumitur, nisi certò & evidenter constiterit: quod si testis dubitet, tunc inclinandum est potius in favorem Visitatoris, quam Rei.

Quarta. Testis etiam si sciat non esse alium Testem, quando Visitator praemissa denunciatione inquit delictum, tenetur veritatem aperire; quia denunciator habet vicem unius Testis, & facit semiplenam probationem, ut saepius diximus.

Quinta. Nemo tenetur testari cum suo gravi damno.

Sexta. Secretum sibi commissum nemo potest prodere, nisi vergat in grave damnum alicujus, nec possit aliter impediri, quam prodendo; nam tunc prodendum est Iudici legitime interroganti, etiam si Testis jurasset se celaturum.

Septima. Testis non legitime interrogatus, potest negare se scire, subintelligendo, ut teneatur prodere.

Octava. Deinde Testes sua testimonia subscribant, aut si nescit, Praelatus eorum nomine, annotato mense, loco, & anno.

Nona. Visitator non minetur, aut urgeat Testes ad deponendum, sed sinat eos liberrime testimonium ferre: & si petierint tempus ad consilium capiendum, concedat, vel ipsa tanquam pater moneat, quid scire debeant, quid manifestare: praesertim cum ex ignorantia eos labi perpexerit.

Decima. In Testibus examinandis illa praecipue debet esse Visitatoris cura, ut sibi delata crimina distinctè, & clarè per suas circumstantias in diversis capitula, sive articulos distinguantur, quales sint, quis, cui, cur, quomodo, quando, ubi, quibus auxilijs & locijs, &c.

Exemplum hujus rei adducamus. Si enim quispiam de carnium esu apud Iudicem accusaretur: hoc pacto Testis sive denunciator esset examinandus. *Primum quo die illud crimen sit commissum? Secundo. Quo loco*, ex locorum enim varietate frequentius Testium mendacium compertum tuit, aut etiam ex diversa loci ratione, quemadmodum in Daniele legimus. *Tertio. Utrum solus, an cum alijs carnes ederit? Quarto.*

Quo loco ipsi Testes manebant, ut ejusmodi crimina respicere possent? Quinto. Cujus generis esset ille carnes, quas edebant. Juxta praedictos Articulos examinatio debet procedere, ut clarius veritatis dilucidetur, & aperiat.

Cetera, quae ad hanc Testium materiam spectant, inferius dicentur.

CAPVT VII.

Quid requiratur, ut Testes faciant fidem in iudicio?

In primis Testes cum ferunt sua testimonia, interrogari debent de causa scientiae, sive creditae. *Cap. Causam, de testibus*: hoc est, quomodo id sciant, vel credant, Titium tale delictum perpetrasse? Haec namque scientia est quasi anima testimonij à Teste prolata, sine qua ejus testimonio minime valet, ut post Baldum & alios Doctores, docet Fatinnaccius in Praxis criminali quaest. 70. n. 1. & 3. & sequenti. Item de loco, & tempore, & contestibus commissi delicti. In fine etiam depositionis Testes subscribant, ut aliquando negare non possint ita deposuisse, & in rebus gravissimis denudò relegantur eis eorum dicta ad effectum, ut addant, vel confirment, quae antea dixerunt, & in calce depositionis addatur: *testium confirmatum.*

Secundò, Testes in Visitatoris praesentia examinari debent, L. 4. §. Idem si, de testibus. Item interrogari debent de nomine, & cognomine eorum, *Cap. olim, de accusationibus*. Item Testis debet esse juratus ut probet, & non juratus non probat. *L. 7. ut jurandi C. de testibus*. Testis enim sine juramento examinatus, non facit iudicium, neque probationem, etiam si esset Religiosus, sive Cardinalis; sed facit aliquam praesumptionem, ex quo sequitur, quod testes contra Regulares non possunt admitti, nisi sint Religiosi, nam alij à Iudice Regulari examinari non possunt; quia cum non habeat jurisdictionem in seculares, non potest ab eis exigere juramentum, quia delatio juramenti sapit jurisdictionem, ut dicitur *Elementina, unica, de officio iudicis delegati*.

Varia sunt in iudicio Testium genera, non tamen omnibus adhibenda est fides: quidam inhabiles nuncupantur, quidam singulares, quidam contestes, quidam varij, quidam ambigui, confusèque deponentes, quidam de auditu, sive credulitate.

Inhabiles legibus ipsi prohibentur, ne testimonium ferant, ut sunt inimici, qui iure Gentium, imò & naturali à testimonio ferendo rejiciuntur, etiam si reconciliati sint. Item inhabiles judicantur illi, qui aliàs falsum testimonium dixerunt. Accusator contra accusatum, Iudex contra judicandum, mente capti, & in causa communi duorum neuter poterit esse Testis, etiam socij criminis. Hi tamen aliquam praesumptionem faciunt contra Reum, ut constat ex *Cap. Quoniam aliqua, juncta Glossa de Testibus*.

Testes singulares nuncupantur, qui super diversis factis deponunt, ita ut quislibet singularis sit in suo dicto: v.g. si unus deponat, Percutum factum perpetrasse, alter verò Joannem percussisse,

uisse, aut tale delictum fuisse perpetratum domi, alter autem in via publica: vel unus dicat commissum fuisse delictum mane ante prandium, alter vero vesperi post prandium: vel unus mense Martij, alter mense Aprilis: licet in delicti specie, aut persona delinquentis concordent, adhuc Testes singulares dicuntur, quia in circumstantijs necessarijs non concordant, & multo magis quando differunt in diversa delicti specie, vel in actus ipsius substantia, ut in exemplis positjs manifestatur. Quare secundum communem sententiam minime probant, maxime in criminalibus: unus tamen eorum supra delicti specie alijque circumstantijs deponens, si omni exceptione sit major, iudicium faciet, imò & semiplenam probationem.

Illud tamen notandum, quod si Testes singulares de eadem delicti specie deponant, quæ literari queat, cujuscumque est furtum, vel blasphemia, aut quid simile, licet in circumstantia loci, aut temporis non concordent, quamvis plenam probationem non faciant, plerumque semiplenam tamen inducunt, Ita D. Thomas. 2. 2. quæst. 70. artic. 2. ad 2. M. Soto lib. 5. de Justitia & Jure q. 7. ar. 2. Ratio est, quia si unusquisque Testis semiplenam probationem induxit, quare duo de eadem prorsus iterabili delicti specie deponentes semiplenam probationem non efficiunt non tamen plenam probationem, si in loci, & temporis circumstantijs non concordent, sed tamen erit iudicandum, si de uno eodemque delicto iterabili deponant, si in tempore, & loco dissentiant, imò facilius eorum falsitas detegitur, ut in illis Senibus, qui contra Susannam, Dan. 3. viderunt testimonium; nam licet uterque in delicto Susannæ imposito conveniant, circa tamen locum delicti aperiè dissenserunt, & de falsitate fuerunt convicti.

Quod si Testes in persona, in delicti specie, & etiam in mense, & anno conveniant, unus tamen eorum dicat, tale delictum esse perpetratum die Lunæ, alter autem dicat se non recordari de die præcisè, idemque dicendum est de loco, ubi fuit commissum delictum, plene utriusque probant, & sunt contestes, & ad condemnationem sufficientes. Ita D. Th. ut supra: si certus foret, si unus die Lunæ, alter vero die Martis, aut alio die commissum delictum asseverarent; tunc enim verè essent singulares.

Quando Testes singulares de uno eodemque actu continuationem præ se ferente deponant, licet unus post alium vidisset, plene utriusque probant, v.g. si qui restarentur, per foramen vidisse Titium cum tali muliere adulterantem, licet unus post alterum videret, utriusque dicerentur contestes, ut Armilla verbo, Testis, & Sylvest. eodem verbo quæst. 3. & communiter Canonista.

Oportet tamen obire quædam doctrinam Caserani 2. 2. q. 70. artic. 2. circa singulares Testes annotare, quam ipse sequentibus verbis scribit. *Distinctio* (inquit) *illa de Testibus, qui sunt singulares, vel contestes, regulariter habet locum, ut per singulares testes nullus damnatur: quia tamen multi singulares Testes vj factis iterabilibus violentiam suspicionem inducunt, ut si unus vidit aliquem committere unum furtum, & alius vidit eundem delinquentem committere aliud furtum, & sint Testes omni exceptione majores: inter Religiosos quando*

quis existimatur alias tali vitio involutus, aut numerus multus talium Testium concurrat, si articulus non consistat, inveniri videtur quandoque subsecuta condemnatio, multorum Patrum consilio sulsa. Et licet hæc non sit secundum juris rigorem, ubi tamen absque tormentis proceditur, non tam ad puniendum, quam ad salutem animæ, & Regulari observantia favorem tolerabile videtur, ut hæc probabilitas sufficiat ad certitudinem inter eos, qui mortui sunt mundo. Quia tamen Reus non potest ad hujusmodi sententiam tolerandam cogi, debet tamen ex ejusmodi indicijs per tormenta (Religiosa tamen) veritas exquiri, ut sententia non feratur, nisi contra confessionem vel convictum juxta sacros Canones.

Hæc Caseranus, quem sequitur M. Soto, lib. 5. de Justitia & Jure, q. 7. ar. 2. & Arcerius in sua Praxis Criminali, capite secundo, de numero Testium, eruditè quidem animadvertentes, quod quando numerus aliquid Testium singularium fide dignorum, puta quinque vel sex conveniunt in deponendo actus quidem numero distinctos, sed tamen ejusdem speciei, ut diversas sollicitationes, diversas subornationes, cum hujusmodi Testes saltem in genere probent denunciatum simili vitio infectum, etiam si sint singulares; possunt Prælatoro sufficere ad excipiendum à dignitatibus Provincialium, Definitorum, Priorum sive Guardianorum: quam quidem esse doctrinam communem, docet Julius Clarus q. 73. Sed si agatur, de jure communi, certum existimo neminem præna ordinariæ per Testes singulares posse damnari, & communiter tenent DD.

Unde facile erit colligere, qui dicantur Testes contestes, ac plene probantes, nempe cum de eodem facto, loco, tempore, personis, aliisque circumstantijs ad facti substantiam attendentibus, ac necessarijs jurati deponant, Similes Testes plene delictum probant, & ad Reum convincendum, & condemnandum sufficientes, ut constat ex Cap. Omni negotio, de Testibus, & ex alijs Juribus.

Varius Testis dicitur ille, qui vel contraria deposuit, sive in eodem examine sive in diversis, vel qui primò per verbum, credo, deinde assertivè testificatur: aut primò se nihil scire ait, postea de facti veritate deponit: vel qui unum asserit in iudicio, deinde illudmet revocat extra iudicium. Testi vario regulariter fides adhibenda non est, Cap. Cum Ecclesia, de causa possessionis & proprietatis.

Non raro invenies Testes confusè, oblcure, ambigueque deponentes, cujuscumque sunt, qui sequentibus verbis testificatur, ut sunt, mihi videtur, forsitan, similibusque verbis suam mentem declarant, ex quibus clara sententia, aperta que veritas haberi minime potest. Hi profectò nihil probant contra Reum; quis obcurum, aut confusum, aut ambiguum, dictum secundum Jus pro non dicto habetur, ut tenet Glossa Cap. Si Testes, §. in Testibus, verbo, simpliciter 2. q. 3. & concordat textus in lege, de arate interrogatus, de interrogatorio. Quare ut simili testimonio fides adhibeatur, hujusmodi Testes iterum arque iterum interrogari à Visitatore debent, quoad usque clarè, distinctè, simpliciterque deponant. Si verò sint absentes, ille testis eo casu à Visitatore accipiendus est, qui delictum excludit, magisque Reo favere videtur.

Testis varius quæ dicitur

Doctrinà Caserani.



Testibus confusè loquentibus, non immeritò annumerari possunt Testes, qui de credulitate deponunt, quales sunt illi, qui certi nihil affirmant, sed tantum verbis, credo, aut non credo, deponunt. Hi nisi causam proximam suæ credulitatis afferant, nihil omninò probant.

Si verò credulitatis causam rationabilem adducant, utique probant, v. g. si aliquis testificetur hoc modo credo Petrum cum tali muliere adulterium commisisse, eo quod solum cum sola invicem osculantes, ac impudicè tractantes invenierim; argumentum *Cap. Præterea, de testibus, id docet Abbas, Cap. Quoties, eodem titulo*. Regulariter autem Testis de credulitate nihil probat, nisi causam probabilem suæ credulitatis adduxerit.

Non longè distat à præcedentibus Testis de auditu, v. g. qui deponit, se audivisse, vel fama percepisse, nisi interrogetur, à quibus audivit, quomodo orta fuerit talis fama, & à quo tempore? Quia, ut fama rectè probetur, debet consistere, quod habuerit ortum à personis gravibus, & fide dignis, non verò malevolis, sive inimicis, aut levibus personis. Quod si Testis aliquos nominet, à quibus dicat se audivisse id quod deponit; illi à quibus audivit, examinandi sunt per alios Testes de auditu, quando non possunt haberi illi à quibus audierunt, nec præsumptionem quidem faciunt, si non habeantur auctores, ita tenet Menochius *Consil. 98. num. 56*.

Prædicta omnia, quæ sunt notata dignissima, Visitatores sedulo advertant, ne facili negotio Testibus, nisi legitimis, & omni exceptione majoribus fidem adhibeant. Ille autem dicitur Testis omni exceptione major, cui nulla obiectio, aut exceptio poni potest, ut à testimonio ferendo repellatur: & qui juratus, de facto ipso de vita deponit, sive de scientia & causa scientiæ, aut de auditu in his, quæ solo auditu percipi queant, sive de alio sensu corporeo, & qui non solum de substantia facti, de tempore, loco, aut alijs circumstantijs substantialibus deponit: unde nemo potest, vel debet condemnari pena ordinaria, nisi duobus Testibus legitimis sit convictus: Melius enim est, relinquere facinus impunitum, quam innocentem sine probatione dilucida, & plena condemnare.

Plura possemus hic adducere de Testibus, quæ plenius tractantur à Juristis in hac materia.

C A P V T VIII.

De modo interrogandi Reum, & in quibus casibus teneatur fateri veritatem.

Testibus examinatis, nihil amplius restare videtur, quam Rei examen, sive confessio. Quare Visitator debet attentè Testium dicta, ac depositiones examinare, ac inspicere, an ex illorum testimonijs plena probatio resultet, aut saltem infamia, aut gravia aliqua indicia sufficientia, ut secundum ordinem Juris, formatis ex Testium depositione articulis, illum possit inter-

rogare, advertat autem Visitator, quod Reum interrogare nequit, nisi de criminibus, de quibus fuit antea juridicè denunciatus: sed antequam ad interrogaciones Reo proponendas veniamus, prius nobis aperiendum est, quando Reus, & quomodo teneatur interrogacionibus sibi à Visitatore factis, legitime respondere.

Primò, Quando Judex juridicè interrogat Reum, tunc ipse tenetur veritatem confiteri, sive illi pena temporalis, sive spiritalis imminet: unò verò juridicè interrogatur, quando à Judice competente interrogatur, & quando præcessit infamia, aut aliqua indicia sufficientia, aut semiplena probatio, quo casu Reus negans veritatem, mortaliter peccat, ita tenet communis DD. sententia.

Secundò, Quando Reus juridicè non interrogatur, non tenetur respondere, aut veritatem manifestare. Ita tenet cum D. Thom. 2. 2. q. 69. art. 2. communis sententia DD. In hoc autem casu non est licitum Reo dicere mendacium, hoc enim est intrinsecè malum, ac propterea nunquam est licitum; poterit tamen celare veritatem, utens verbis æquivocis, aut amphibologicis; quia homini naturale est seipsum defendere: quare etiam potest licitè respondere: nihil scio, nihil feci, intelligens in sese, ut illud debeat manifestare?

Tertiò Non debet Prælator à Reo juridicam confessionem exposcere, nisi infamia, vel indicia probata, saltem per duos testes, aut semiplena probatio præcedant, & propterea ut teneatur respondere, debent illa ista esse nota.

Quartò, Non potest Reus convictus de uno crimine, de alio interrogari, casu quo de alijs criminibus non sit notatus infamiae poterit tamen convictus de uno crimine, interrogari, an commiserit alia ejusdem speciei; quare qui confitetur furtum, potest interrogari, an commiserit alia furti, limitat tamen Navar. in Robrea de Judicijs n. 97. quod ille, qui solum est infamatus de uno furto, & non est alia suspicio de alijs fortis, non potest licitè interrogari, an alia commiserit?

Quintò, Non potest Reus interrogari de locijs occultis, nisi aliàs crimen sit nimis nocivum bono communi, aut id sit necessariò patefaciendum, ad impediendum damnum alicujus tertie personæ, quod aliter non possit impediri: vel nisi aliàs tale crimen sit ejus conditionis, ut sine locio committi non possit.

Sextò, Reo legitimè interrogato, si nolit respondere, potest justè imponi præceptum, quod respondeat: quod si adhuc nolit respondere, præsumitur in foro exteriori delictum commisisse. Ita affirmat Rodericus Suarez, sic fuisse judicatum in Hispania super negotio gravissimo, & Julius Clarus, sic esse in Praxi observatum, quos citat, & sequitur Praxis Criminalis Regul. tit. 9. cap. 4. num. 3.

Septimò, Reus patienter est interrogandus, & multis interrogacionibus supra delictum commissum urgendus, neque illi unquam promittenda est impunitas; si confiteatur, nisi esset complex aliorum delinquentium.

Judex benignè & charitativè Reum interrogare debet, non severè, nec injuriosè, nec de-

vani,

Die Menſe Anno.

vanis, & inutilibus, ſed de iſtis criminibus, & de circumſtantijs adjacentibus, prout opportuniuſ videbitur. Regulariter autem à generalibus incipiendæ ſunt interrogaciones, deinde ad particularia deſcendendum, utque dum perveniatur ad crimen ſolum particulare, cum adjuñtis & iudicijs, ut Reus intelligat ex interrogacionibus, jam detectum eſſe crimen.

Præterea ſuppoſita ſemiplena probatione, vel iudicijs æquivalentibus, à Reo ſemper exigendum juramentum ad extorquendam veritatem. Quare Prælati juramentum non debent temere exigere: quia illud ſinerationabili & ſufficienti cauſa extorquendo, niſi ſervato Juris ordine graviter peccant, ut reſolvit Rodericus q. 19. art. 11.

Reus interrogari non debet vinculis conſtrictus, aut carcere inclufus; ſed potius eductus de carcere, vinculisque ſolutus: quod ſi contigerit illum aliqua rationabili de cauſa ante liberationem à vinculis interrogari; curandum tamen omnino erit, omnem vim, atque metum à Reorum animis abeſſe, ut omnia Jura decernunt. Quare à Secretario cauſa in proceſſu ita deſcribi debet.

Prater N. carcere eductus, vinculisque ſolutus & liber, medio juramento interrogatus, reſpondit.

In Rei examine ejus nomen, civitas, conditio notanda ſunt, & qualiter ſe alijs habuerit in moribus, quomodo ſe gerat in examine, an pallear, rubeat, timeat, &c.

CAPVT IX.

Forma examinandi Reum.

Antequam Viſitator procedat ad exigendam à Reo confeſſionem, debet omnia teſtimonia, & probationes ad propria capita, ſive articulos reducere, Reoque ſine nomine Teſtium in ſcriptis tradere, & ſi opus fuerit, illi aliquod temporis ſpacium, ut veritatem conſideret, ac fateatur, concedere: modus verò examine fieri poterit ſequenti forma.

Die Menſe Anno.

REV. Pater Viſitator N. formato proceſſu, ac juridiçè examinatus Teſtibus, in cauſa denunciationis facta contra N. ab N. Procuratorem Monachorum N. decrevit (ne quod furia naturalis eſt, deſentio Reus denegetur) prædicto P. N. Procuratore dari in ſcriptis copiam omnium articularum, & rerum, ſive delictorum, de quibus juridiçè fuit denunciatus, & per Teſtes plene convictus, ut ipſe viſis probationibus, qua abſque nomine teſtium oſtendi debent, comperitum habeat, quid contra ſe probatum ſit, veritatem fateatur, vel ut verè, & legitime illis, qua ei objecta ſunt, ſatisfaciat. Quare vocato prædicto P. N. Procuratore ad ejus præſentiam, impoſitoque ei præcepto, vel ſi opus fuerit, exigito juramento præcepti ei in virtute Spiritus Sancti, & ſanctæ obedientiæ, & ſub formali præcepto vel Juram. ut veritatem fateatur & omnino à mendacijs caveat.

P. N. Viſitator.

P. N. Notarius.

Prædictus R. P. Viſitator, vocato ad ſe P. N. ab N. Procuratore Monachorum N. monitusque ſub prædicto præcepto, aut juramento de veritate, ſuper inferius interrogandis, dicenda, ipſe ad articulos propoſitos reſpondit ordine ſequenti.

Quod ſi Viſitatori magis expedire videatur Reo concedere aliquod tempus, ut ferò poſſit reſpondere, poterit illi ſuo arbitrio concedere. Quamvis conſuetudo communis teneat, Reum non poſſe petere tempus ad deliberandum, quid debeat reſpondere, ut Rodericus. q. 19. art. 2. ex communi Juristarum ſententia reſolvit, cui ſententiæ communiter ſtandum erit: niſi alia juſta de cauſa tempus deliberandi à Viſitatore concedatur.

Primo, denunciatur, ſive accuſatur prædictus N. Procurator Monachorum N. quod pecunias Monachorum expendit temere, præcipue in convivijs, tam ſuis amicis Monachis, quam alijs ſacularibus exhibitis, & quod iſta convivia in ſcio Superiore, ſæpius fuerint repetita, cum notabili diſpendio honorum Monachorum.

Secundo, Quod donaverit tres annulos aureos uni ex ſuis conſanguineis.

Tertio, Quod forori prædicta conſanguinea dederit catenulam auream.

Quarto, Quod ſapias ſine licentia Abbatis veſtes, & alia utenſilia pro aliorum Monachorum uſu, non parvo, aut viliori pretio comparaverit.

Quibus præmiſis prædictus Pater Viſitator præcepit Reo; ut ad prædictos articulos verè, ac ſincere reſpondeat, ante omnia illi exponens, ſe Juris ordinem in hac re ad unguem ſervaviſſe, ac præterea exponat, primum, ſecundum, & tertium articulum plene eſſe probatos.

Si crimen Reus fateatur, nihil ſuperèſt agendum, niſi ferre ſententiam: ſi autem Reus voluerit reſpondere ad prædictos articulos, & ſuam probare innocentiam, vel Teſtibus aliquod opponere; præſcribatur illi à Viſitatore tempus, ut Teſtes ad ſui deſenſionem adducere poſſit, oblatosque ab eo Teſtes iuxta ordinem præſcriptum examinabit, quod ſi brevi tempore Teſtes non poſſit producere, terminus illi tribuendus ac prorogandus eſt, prout neceſſarium fuerit ad ſuas deſenſiones legitime faciendas: qui terminus illi nulla ratione denegandus eſt. Quod ſi Reus (proprie deſenſionis cauſa) à Viſitatore probationis exemplar poſtulet, illud ei tacitis Teſtium nominibus, in ſcriptis tradere tenetur. Quod ſi Reus petierit etiam Teſtium nomina ſibi revelari, licet hoc Regulariter fieri non debeat, in cauſa tamen graviffimæ culpæ, ex qua Rei expulſio à Religione, aut aliud graviffimum damnum retulere poſſit, pro pleniori Rei deſenſione, que Juris naturalis eſt, deroganda erunt & etiam Teſtium nomina, ut eruditè docet Emmanuel Rodericus. Tom. 2. quaſt.

Regular. q. 26. art. primo,

C A

IESU

Spirit. II

CAPVT X.

Aliqua proponuntur dubia circa Rei
examen, & ejus confessionem.

Primo dubitari potest, an Reus debeat prius citari, ut à Judice interrogetur? Respondetur, quòd quando delictum saltem est semiple- nè probatum, debet tunc Judex vocare Reum, eumque interrogare, ut ipse possit seipsum defendere, aliàs processus esset ipso Jure nullus; etiam si in eo Reus mille Testibus esset convictus. Quare secundam communem regulam Joris, Reus ante omnia legitime est citandus, aliàs processus & omnia, quæ sequuntur, sunt ipso Jure nulla, ut communis tenet Juristarum sententia; quòd sane intelligendum est, etiam si aliàs Rei delictum esset notorium. In aliquibus Religionibus tamen, similis stylus citandi Reos non est in usu, sed Prælati, si ipsi sunt in carceribus, faciunt eos adducere coram se, & si sunt extrà carceres, mittit ad illos literas patentes, præcipiendo eis, ut veniant ad illum, & eum venerint, interrogat eos de illis, quæ contra ipsos continentur in inquisitione per ipsum formata, quæ quidem servantur pro ipsa citatione.

Secundò quaeritur, si Reus antequam examinetur à Visitatore, petat sibi dari prius copiam probationis, aut indiciorum contra eum existentium, nùmquid Visitator debeat similem copiam dare? Respondetur, quòd attento Jure communi (quæquid sit de consuetudine & praxi Judicium secularium) Visitator tenetur Reo petente indiciorum, sive probationum contra eum existentium copiam præbere. Ita tenet Practica Papiensis, ve: bo *sama publica*, num. 3. & Bernardus Diaz in sua Pract. Criminali, cap. 118.

Tertiò quaeritur, an Reus teneatur crimen fateri, quando dubitat, an Judex juridicè interroget? Ratio dubij esse potest; quia Testis, ut superius diximus, in simili dubio tenetur fateri veritatem, igitur similiter Reus debet facere.

Verior tamen sententia tenet, Reum non teneri fateri crimen, quando dubitat, utrum Judex juridicè interroget, à Cajetan. 2. 2. q. 69. art. 1. M. Sor. de Secreto, membr. 3. qu. 2. & communiter alij Theologi, cujus ea est ratio, quia nemo tenetur parere Superiori cum gravi suo detrimento, nisi constet eum legitime præcipere: cur enim ad sustinendum tantum onus debeat obligari ille, qui dubitat, an illud onus imponens, auctoritatem habeat imponendi? Secus autem esset, quando ex ejus confessione nullum notabile incommodum sibi eventurum timeret propter quam rationem Testis interrogatus, quando dubitat de auctoritate Superioris, tenetur veritatem fateri, ut sup. diximus.

Quartò, Dubitari potest, an Judici interroganti de facto, quòd aliàs absque culpa saltem mortali patratum est, Reus teneatur ad mentem Judicis directè respondere, v. g. si quaerat Judex: occidisti Petrum te invadentem? Respondetur, in tali casu Reum non teneri fateri, se occidisse, etiam si de eo sit infamia, aut expressa indicia, quia tunc Judex quaerit de occisione criminosa,

& si reus fateretur, nec posset probare, se causa necessitata ad sui defensionem fecisse, condemnaretur tanquam homicida, ex falsa præsumptione. Secus dicendum, si ipse posset facillè veritatem comprobare.

Parietiam modo quando Reus non est auctor criminis, non tenetur fateri aliquas circumstantias, ex quibus oriri possit suspicio, illum tale crimen commississe, v. g. Si interrogetur, an pugio quo occisus est Petrus, ad ipsum pertineat? quia quamvis ista interrogatio legitima atque juridica, tamen ex falsa præsumptione procedit, & ideo non tenetur veritatem fateri propter damnam, quòd ipsi venite posset.

Quintò, Dubitari potest, quæ indicia, sive probationes sufficiant, ut Visitator possit juridicè interrogare Reum, & ab eo juramentum exigere? Respond. quòd ad hoc ut à Reo juramentum exigatur, requiruntur ea indicia, seu probationes, quæ sufficiunt ad torturam, ut docet Covarr. & alij DD. Quia juramentum est spiritualis quædam tortura, Idem enim videtur sentiendum de obligatione confitendi crimen. Unde ex simplici infamia, si nullum aliud ad sit indicium, aliqui existimant, non posse compelli Reum ad veritatem fatendam: & merito, quia infamia sola non facit semiplenam probationem, sed solum supplet vicem accusatoris, ut supra dictum est.

Sextum dubium est, an Reus contra Juri ordinem à Visitatore interrogatus de criminibus ab eo commissis, si fateatur veritatem, mortaliter peccet seipsum diffamans? Respond. Ex mente Navarri in Manuali, cap. 18. num. 17. Eum peccare mortaliter, & inquit hanc sententiam esse de mente omnium Doctorum. Quidam verò limitant, hoc tantum procedere respectu personarum secularium, qui præcipiè in aliquibus casibus lædendo propriam famam mortaliter peccant, nempe quando ex dejectione occulti criminis sequeretur damnatum animæ, aut vitæ propriæ, vel alterius, vel etiam amissionis alicujus membri corporis: non verò procedere respectu Religiosorum: nam horum delicta non præseferunt amissionem vitæ corporalis, neque alicujus membri, & multo minus animæ; quia similes pœnæ corporales, ut sunt pœna capitis, vel incisionis membrorum, imponi nequeunt à Prælati Regularibus.

Sed verius existimo, idem esse sentiendum de Religiosis, ac de secularibus: nam per hujusmodi dejectionem proprii delicti in judicio factam, sequitur primum damnatum animæ, quòd quidem sæpissimè videmus contingere, quòd Religiosus infamatus hac via Juri, & per sententiam, minime erubescit alia delicta committere. Sequitur etiam secundum damnatum: quia licet ei non imponatur pœna mortis, nec membri amissionis, imponitur tamen pœna corporis valde afflictiva, nempe flagellatio, quæ ad sanguinis effusionem, inclusio in carceribus, & aliquando perpetua, quæ est maxima pœna, atque secundum Canones succedit loco pœnæ capitis in Religiosis.

Septimum dubium, An Reus convictus de crimine per plenam probationem, nolens confiteri tale crimen, mortaliter peccet, & à confessore absolutio sit ei deneganda? Exempli causa, Reus

Reus convictus, & à Judice merito ad mortem condemnatus, an adhuc teneatur confiteri crimen quod antea negavit, ita ut absolvi non possit, si crimen non fateatur? Huic dubitationi cum distinctione respondere oportet. Si Reus ante sententiam à Judice prolatam interrogatur, non dubium, quin teneatur sub mortali confiteri crimen, casu quo crimen sit plene, vel semiplene probatum, alias absolvi non debet; quia agit contra debitum Justitiæ non obediens suo Superiori in his, in quibus obedire tenetur post sententiam verò latam cum judicium sit jam finitum, & Judex functus sit jam suo officio (nam post sententiam Judicem, desinere esse Judicem communis sententia tenet cum Anro. 3. p. tit. 9. cap. 16. §. 8. Sylvester, verbo, Judicium, in fine,) quare non potest amplius Reus legitime interrogari à Judice, cum jam desinat esse suus Jux.

Ultimum dubium, an quando Jux præcedente semiplena probatione, interrogat Reum, teneatur ille manifestare veritatem, etiam cum periculo vitæ? Aliqui affirmant, Reum non teneri ad manifestandam veritatem, si autem pœna à Judice imponenda non sit temporalis, sed spiritualis tantum, ut excommunicatio; tunc Auctores hujus opinionis tenent, Reum sub peccato mortali obligari ad veritatem probandam. Hanc sententiam post Panormitanum in Cap. 2. de confessis, tenet Angelus, verbo, confessio: Sylvester eodem verbo; & hujus opinionis illud est fundamentum, quia nullus tenetur se ipsum condemnare, & contra seipsum arma ministrare; hoc autem solum contingit in pœna temporali, quæcunque illa sit, non verò in spirituali, quæ potius medicina quàm pœna sentienda est. Petr. Navar. lib. 2. de Restitutions cap. 5. dub. 2. quamvis existimet fallam esse opinionem Panormitani universali-ter intellectam de omni pœna temporali, piè tamen ac probabiliter affirmat, posse defendi in causa criminali, præcipue capitis, ideoque posse Reum in conscientia veritatem, secluso mendacio, occultare, etiam si Jux juridicè interroget. Quam sententiam secuti sunt aliqui Recentiores.

Contraria tamen sententia, quæ communis & verior est, docet, Reum in hoc casu teneri ad manifestandam veritatem sub peccato mortali, etiam si ex tali confessione certò sciat, morti esse tradendum. Ita docet D. Tho. 2. 2. q. 63. art. 2. ubi sine ulla restrictione docet, Judicem procedere juridicè, præcedente infamia, aut semiplena probatione, & tunc Reum teneri fateri veritatem; quam sententiam amplectuntur communiter D. Thomæ interpretes, in illo articulo. M. Sotus de regendo secrete membr. 2. & lib. 5. de Justitia & Jure q. 6. ar. 2. conclus. 2. Corduba lib. 5. q. 43. dub. 3. Navar. in Manuali cap. 2. §. n. 35. Covar. in pract. q. 23. num. 7. & ex Juristis quam plurimi, quos referunt citati Auctores: cujus sententia illa est firmissima ratio; quia in eo casu Jux verè Superior est, & justè præcipit, igitur Reus tenetur illi obedire: quod quidem fundamentum evidens videtur, nisi quis velit contendere, non esse obediendum Superiori justè præcipienti, quod omnino absurdum est.

Sed quæri potest, an hæc prima sententia

Panormitani, & Navarri sit falsa, & Jalemi practicè possit Reus eam amplecti? Respond. illam opinionem non solum falsam, sed omnino improbabilem, propter auctoritatem D. Thomæ, & eorum, qui ejus sententiam sequuntur, merito censent Ludovicus Turrianus to. 2. de Just. & jur. disp. 50. dub. 2. & plures alii Recentiores.

CAPVT XI.

Alia dubia circa Testium materiam solvuntur.

PRIMUM dubium. An Laici contra Regulares possint esse Testes? Respond. Quod attento Jure communi, sicut Laicus non potest in criminalibus ferre testimonium contra Clericum, prout in Cap. de cætero, de Testibus, & Cap. Testimonium 11. q. 5. cavetur, & est communis sententia Juristarum; ita non potest contra Regulares de jure communi testificari, nisi delictum sit commissum in loco, in quo non reperiuntur Clerici, ut docet Abbas dicto Cap. De cætero; tunc enim Laici sunt idonei Testes in defectu aliorum, & ratio est; quod quando veritas aliter haberi non potest, receditur à regulis juris communis.

Hæc autem sententia non procedit de laicis in egræ, & bonæ famæ, in quibus cessat communis suspicio; nam eo casu laicos posse admitti in Testes in criminalibus contra Regulares, non dubito; quidquid censeat Rodericus: & licè Prælati Regulares non possint compellere laicos ad præstandum juramentum; si tamen laici sint togati juramentum præstare, ac veritatem jurati confirmare, erunt quidem sufficientes, & idonei Testes ad probandum.

Quod si opus fuerit, Prælati possunt facile adire Judicem Ecclesiasticum, aut Sæcularem, ut dictos laicos compellant ad jurandum: verum tamen cautè, & non sine magna necessitate adhibendi, & admittendi sunt laici in causis criminalibus Regularium, ad evitandum scandalum, quod inde oriri posset.

Secundum dubium. An Moniales possint esse Testes contra Regulares in causis criminalibus? In primis certum est, ac Jure Canonico stabilitum, mulieres non esse idoneos Testes in criminalibus, sed propter rationem superius dictam, quando veritas aliter haberi non potest, ne Jus deperat, admittendæ sunt Moniales in Testes; undecum delicta Monialium non nisi per Moniales probari possint, admittendæ sunt in Testes in causis inter ipsas versantibus; & ita usu omnium Religionum receptum est: & idem asserendum penitus de criminibus à Fratibus commissis apud eandem Moniales, & Monasteria earum.

Illud verò advertendum est à Prælati, quod minus fidei eis adhiberi debent quàm viris, quod optimè probat Rodericus, ut supra ex multis Juribus; & idem addit ex Decio, quod duæ mulieres non sufficienter probant, ita ut ex dicto earum possit quis condemnari; sed si plures essent numero, supplerent defectum. In quam sententiam inclinat Mirand. de ordine judi.

probare, se cui
fecisse, condem
ex falsa præsump
posse facile veni

do Reus non est
fieri aliquas cir
posse: suspicio, il
r. g. Si in interro
Petrus, ad ipsam
interrogatio in lo
ex falsa præsump
teneatur veritatem
d ipsi eventus pol

st, quæ indicia
Vilicator possit
& ab eo jurament
ad hoc ut à Reo
intur ea indicia,
ad torturam, ut
juramentum est
em etiam videtur
infrendi crimen
ullum aliud adit
in posse compelli
& merito, qui
enam probatio
cculatoris, ut si

eur contra Juri
tatis de crimina
veritatem, mot
Respond. Et
18. nom. 17.
uit hanc senten
doctum. Quæ
procedere ro
qui præcipit in
ipriam finem
do ex detestatio
nitum animæ,
eriam amissio
non verò proce
hocum deli
vitæ corpore
to minus apt
ut sunt pœna
m, imponi te

Te sententiam
am per hup
i in judio fa
atima, quæ
contingere,
a Juri, & per
delicta com
damnum; i
inortis, nec
tamen pœna
flagellatio ul
usio in carce
est maxima
succedit loco

convictus de
olens confes
& à confes
empli causa,
Reus

IESU

Spirit.
II

judiciali, part. 4. num. 45. Quare cautè illarum testimonio utendum, & ponderandæ exceptiones, & interim examinandæ maturiores, & seniores matres de vita, probitate, ac fide illarum, quæ in Testes assumuntur.

Tertiò dubitatur, qui sunt qui Jure communi repelluntur à testimonio ferendo? Respond. quod Jure communi multi rejiciuntur, ut parum idonei. In primis repellitur mulier, ut inhabilis ex Jure Canonico, Cap. Mulier: sed inter Regulares Moniales admittuntur, & si quæ sint aliæ matronæ graves. Secundò repellitur minor natus viginti annis. Tertiò repelluntur inimici, si tamen est inimicitia capitalis, quod Judicis arbitrio relinquendum. Quartò ascendentes, & descendentes accusatoris, & universaliter consanguinei, vel affines, & amicitia, & familiaritate valde conjuncti, arbitrio Prælati discernenda. Quintò, infames tam infamia Juris, quam infamia facti.

Sextò item repellitur socius criminis, l. finali, C. de accusationibus; admittuntur tamen socii in criminibus exceptis, ut in hæresi, maleficio, sodomia, crimine læsæ majestatis, & alijs, ut docet Navarr. lib. 5. Consil. 3. num. 3. & Consil. 5. num. 2. titulo, de accusationibus. Septimò, vitales personæ & abjectæ, de quibus est suspicio, quòd facile corrumpti possint. Octavò, conspiratores convicti de conspiratione.

Notandum est autem quod si Testes minus idonei plenè non probent, saltem faciunt indicium ad torturam. Præterea nota, quod in illis casibus, in quibus copia Testium non invenitur, inhabiles admittuntur, ut Cap. finali, de Testibus: idem dicendum in reb. ar. difficilis probationis, quando veritas aliter haberi nequit; ut communiter docent Canonistæ. Multo etiam & majori ratione admitti debent Testes, quando testificantur pro Reo, ut docet Julius Clar. q. 24. vers. si tem scias, & communis.

Ultimò nota, quod licet hi omnes Jure communi, à testimonio ferendo repellantur, apud Regulares tamen, ex Bonifacii viii. indulto sive privilegio, cum non teneantur ad apices Joris, præfatos omnes aliàs inhabiles, tanquam idoneos Testes admittere poterit Prælati Regularis, si causa id exposcat, id est, ac maturè ponderatis omnibus circumstantijs, delicti, personarum, Accusantis, & Accusati, Testium, & alijs.

Quartò dubitatur. An Regulares possint esse Testes coram Juce non Regulari? Respond. Regulares Jure communi non posse esse Testes apud Judicem sæcularem, vel Ecclesiasticum non Regularem; tamen de licentia Superiorum iidem poterunt esse Testes, prout dicitur Cap. finali, de juramento. Hanc autem licentiam nullus Prælati inferior Provinciali dare potest; hi verò summopere advertant, ne passim huiusmodi licentiam concedant; nam ex huiusmodi testificatione Regularium contra non Regulares, vel etiam Regulares alterius Ordinis, ortiri possent multa, & gravia scandala. Unde nisi in Casu, quo veritas aliter haberi non possit, nisi prædicta licentia testificandi concedatur, nullatenus concedi debet: nunquam verò concedenda, ut communis sententia tenet, quando ex Regularium testimonio sequeretur mors, vel enormis effusio sanguinis, vel mutilatio membrorum, ex cuius causa irregularitatem incurrant.

Præterea norandum, quod si de facto Re-

gulares sine licentia suorum Prælatorum testimonium ferant, sufficienter probabunt, nec vitabitur eorum testimonium, iuxta quandam Glossam, quam citat, & sequitur Rodericus, ubi supra: quod si laici de facto deponant absque licentia suorum Judicum, apud Prælati Regulares, valebit eorum testimonium: Regulares vero qui huiusmodi testimonium ferent sine Superiorum licentia, gravi essent digni punitione.

Ultimò dubium. Quid debeat prætere Secretarius circa Testium dicta? Respond. quod Secretarius omnia Testium dicta diligenter scriptis mandare debet, eodem sermone quo ab ipsis proferuntur, & eadem phrasi, & verbis iisdem, ut inde validitas, & veritas dictorum in formando iudicio expendi possit.

Præterea in fine examinis, vel depositionis omnia, & singula dicta cuilibet Testi relata sunt diligenter ad eum effectum, ut addat, minuat, vel confirmet: postquam electionem, si quid addat vel minuat, statim scribendam, & scriptis mandandam; si autem omnia confirmet, addatur, & restitutum illi suum testimonium, in omnibus confirmavit, & propria manu scripsit: vel si necesse scribere, alius pro ipso scribat in ejus præsentia, & sic subscriptus dimittatur.

Nec opus est observare alias Joris solemnitates, quæ non sunt de substantia processus, nec de Jure naturali, sed de civili tantum, qualis est de rependiis Testibus.

C A P V T XII.

De Reorum Carcere.

Secundum varias Reorum culpas, variati etiam debet Carceris genus; nam aliud in pernam criminis, post definitivam sententiam à Visitationibus assignari solet, de quo dicemus Tract. 4. c. 3. Aliud ad custodiam, Tertium denique ad afflictionem, sive ad arctationem; quod quidem est quoddam torture genus; & hoc tertium carceris genus, non solet Regularibus assignari, nisi ad sic semiplena probatio, vel æquivalentia indicia: neque prima, aut tertia specie carceris Regulares arctari debent, inde sensu nisi periculum sit de fuga, vel nisi delictum esset satis clarum.

Carcer ad solam custodiam designatus, semper mitis, & humanus esse debet, & omni Religiosa commoditate præditus, dummodo sit securus; nam ad solam custodiam adhibetur. Quare huiusmodi carcer debet esse parvus ut custodiantur, quam ut pereant in carcerati, ut eruditè, & piè Imperator Constantinus, l. 1. C. de custodia Reorum, decrevit huiusmodi carceres tales esse debere, ut præter custodiam nihil habeant.

Cæterum si carcer sit ad afflictionem, vel torturam, debet adhiberi per modum criminis, id est eo modo, quo criminosis applicari solet, tunc perpenis omnibus circumstantijs, cum hoc Judicis arbitrio sit deferendum. Quare aliquando magis atrox, magisque obcurus adhiberi poterit carcer, vinculis etiam adhibitis, & mancis ferreis, vel compedibus, vel etiam flagellis, & verberibus, hinc inde prædictis circumstantijs expensis.

CAPUT XIII.

An Regulares, ut delicta ab ipsis commissa fateantur, debeant etiam exponi torturæ?

Uthic disputationi satisfaciamus, primò præmittere oportet, quod quando non est sufficiens probatio ad convincendum Reum, tunc ut habeatur veritas, devenitur ad tormenta, quibus Judices utuntur, quoties aliunde veritas haberi non potest: ut communis Judicium praxis ubique tertatim observat. Tormentorum autem præcipuè pro secularibus adinventum multa sunt genera, de quibus plura apud Auctores inveniuntur.

Secundò. Observa, si Reus crimen fateatur, tunc non debet exponi torturæ, sed potius puniri per sententiam.

Tertiò. Observa, torturam fuisse introductam, non tam in pœnam criminis commissi, (hoc enim crim nondum sit plene probatum non potest puniri) quam in subsidium probationis, quando inquam sufficiens & plena probatio deest, ipse Reus propria confessione supplet id, quod ad plenam probationem requiritur, ut communis Juristarum sententia docet; unde sic, torturam adhiberi non posse, nisi quando vehementia indicia urgent, ita ut ferè moraliter certum sit, torturæ exponendum Auctorem fuisse criminis.

Quartò. Præmitto, torturam in illis criminibus, quæ graviora sunt, & quæ pœna corporali ut mortis, mutilationis, tritremis, &c. castiganda sunt, tantummodo adhibenda esse, non autem in his, quæ exilio, vel pecunia puniri debent. Ratio est, quia Reo nondum convicto non potest irrogari pœna, quæ sit major, quam illa, ad quam est condemnandus.

Ultimò. Nota, quod quando Reus legitime convictus per Testes, etiam si nolit fateri crimen, non est torturæ exponendus, ut rectè docuit Navar. Cap. 1. §. num. 59. Ratio est, quia cum tortura adhibeatur ob defectum plenæ probationis, frustra Reo convicto inferitur, quando eius confessio non est necessaria, ut condemnetur.

Conclusio igitur in proposito casu ea sit. Regulares, ut veritatem fateantur, non debent torqueri, neque per seculares, neque publice, neque tormentis dirioribus; cautius enim esset, ut docet Berti in sua praxi criminali, tit. 22. Cap. 6. ut tormentis secretioribus, inferioribus, & magis Regularibus accommodatis, qualia sunt carceres, qui licet inventus sit, non tam ad pœnam, quam ad delinquentium custodiam; nihilominus adhibitis quibusdam qualitatibus, & circumstantiis, loco tormentorum adhiberi potest.

Est & aliud genus pro Religiosis torturæ, nempe jejunia panis & aquæ, aut quocunque alio modo alimentorum denegatio, vel tempore hyemis expoliatio vestimentorum, tortura reputabuntur: frequens etiam inter Religiosos torturæ modus esse solet, quando flagellis, sive disciplinis, aut virgis ceduntur.

Prædicta tormenta moderata esse debent, ita ut tortus servetur incolumis ad innocentiam, vel ad supplicium. Quare Abbas factens Monachum incarcerari, eique supra modum mi-

In omnibus autem similibus casibus Prælati Regulares doctrinam Cardinalis in Clementina 1. quæst. 7. de penitentia, præ oculis habeant, qui ait Prælatos irregulares, & homicidas reddi, si terro carcere claudant Clericum. Quem seorsus est Folerius in pract. crimin. verbo, vel incarceratus, num. 2. & 3. addens, incarceratos non pati debere intimas tenebras: unde resolutoriè dicimus, juxta excessus mensuram, & personæ qualitatem, aliasque circumstantias adhiberi debere juxta Judicis arbitrium primum, & rectum, carceris pœnam atrociorē, vel mitiorem.

Curandum tamen erit, quantum ad incarcerandi modum, ne Reus in carceres conjiciatur, medio brachio seculari maximo cum scandalo secularium, quando id aliter fieri potest. Prius igitur erit tentandum omne aliud regulate remedium, & omnis cautela adhibenda, antequam ad seculare brachium recuratur.

Nonnulli disputare solent in hac parte, an Regularibus licitum sit de carcere fugere? nec desunt, qui asserunt, posse Reum fugere, & alios illi fugam consilium, auxilium præstare, & instrumenta porrigere. Qui etsi quæ docent sint vera de Jure communi, juxta communem sententiam Doctorum, præsertim Covarr. lib. 1. variar. resolution. Cap. 2. num. 11. docentis indistinctè, Reum ante sententiam fugere posse, nisi juraverit se permanenturum, etiam si ex tali fuga damnnum aliquod oriretur carceris custodi; nihilominus loquendo de Regularibus, falsissima est sententia, ut adverteit Roderi. 2. tom. 2. art. 6. nam Regularis in carcerem conjectus à suo Prælato, nullatenus licite fugere potest, etiam ante condemnationem; nedum enim non potest exire à carcere justè, & sine apostasiæ nota: sed neque à Monasterio: neque ab ea parte Monasterii, in qua cum Prælatu justè manere præcepit, nisi prius justè petita, & impetrata licentia: multo igitur magis tenetur Religiosus manere in carcerē sibi quomodocunque à Superiore justè assignato. Arg. Cap. Quorundam, & Cap. Si Religiosus, de elect. in 6.

Quamvis non desint qui asserunt, Religiosum injustè in carcerem conjectum, maxima cum sui honoris, & famæ jactura, & cum gravi corporis afflictione, vel vitæ periculo, injustè perpeffo, illum à carcere posse fugere absque ulla apostasiæ nota; etiam rumpendo vincula, & ligando compedes, ac carcerem effringendo, etsi custodibus per accidens damnnum aliquod eveniat: dummodo Regularis ita fugiens recta properet ad Prælatum superiorem illo, qui injustè in carcerem conjecerat, ut v.g. si fugiat à Provinciali ad Generalem: & à Generali ad Protectorem, & à Protectore ad Summum Pontificem: quia ut ipsi asserunt, talis fuga potius est recursus appellanda quam fuga. Pro hac sententia adducunt Cæjaranum, qui idem in simili causa docere videtur 2. 2. q. 69. art. 4.

Quæ sententia mihi omninò non placet: quia facile præberetur ansa Religiosis passim apostatandi, præsertim injuria sibi illata à Superioribus, quæ si forsan ab aliis, quam à Reo examinaretur, non ita injusta & gravis appareret.

nuens potum, & cibum, si talis Monachus propter similes torturæ excessum moriatur, non evadet Superior poenam Irregularitatis, ut docet Panorm. Cap. *Ad audientiam, de crimine falso, num. 4.*

Denum Judex antequam Reum tormentis subiciat, non solum debent præcedere indicia expressa, sed illa debent esse legitime probata, vel præcedere debet semiplena probatio. Quæ verò indicia sufficiant, ita ut sint æquipollentia uni Testi integro, ut per illas possit Reus torqueri, non possumus certa regula determinare: sed totum hoc negotium arbitrio Judicis regulariter relinquendum est, qui ex duobus vel tribus, aut pluribus indicis poterit torquere Reum, prout viderit, ea esse magis vel minus urgentia; deinde illæ probationes, de quibus superius Tract. 2. docuimus sufficere ad interrogandum Reum, eadem etiam sufficiunt ad torturam.

Diximus autem ibi, unum de tribus sufficere (secundum sententiam D. Thomæ communiter ab omnibus Theologis receptam) nempe testimonium omni exceptione majus, vel indicia ita expressa, ut sint æquipollentia semiplenæ probationi ipsius delicti, aut etiam infamiam: sola autem infamia, etiam plenè probata, licet ad interrogandum Reum sit sufficiens, ut supra diximus; ad eas tamen torturam non sufficit, & hanc inquit Franciscus Aretinus in sua pract. crimin. Cap. 7. esse communem opinionem.

Neque Judex prætermittere debet dare Reo indiciorum, sive semiplenæ probationis exemplum ante torturam, & tempus ad se defendendum, si petatur. At si ab ipso Reo copia indiciorum non petatur; tunc Judex potest procedere ad torturam, etiam non delata copia processus, vel termino defensionis non concessio. Ita sentit Navarr. lib. 5. *Consiliorum, titulo de accusacionibus, Conf. 8. n. 2. & 3.* quamvis non desint graves Auctores, qui doceant, etiam non petito à Reo termino defensionis, debere illi concedi à Judice terminus, ut possit se defendere.

C A P V T XIV.

Modus à Visitatore in examine processus servandus, & alia, quæ ante Rei absolutionem, vel damnationem considerare debet.

Anquam Visitator Reum condemnet, vel absolvat, multa prius debet considerare. Ante omnia DEUM exorare debet, ut ei lucem, suamque gratiam impartiat, ut in re tanti ponderis (agitur enim de honore & fama proximi, quæ si vitis Religiosis temerè auferatur, grave damnum, & ipsi, & Religioni inferatur) non erret, quare processum à se formatum, ac omnia quæ in illo continentur, seriò consideret: in primis probationes contra Reum factas prudenter expendat: advertat præterea, quod ad damnandum Reum in causa criminali, ut communis Juristarum sententia docet, probationes debent esse clariores. Incipiens igitur à denunciatione contra Reum facta, videat an persona denunciatus, quæ vicem Testis gerit, ut superius anno-

tavimus, sit omni exceptione major, & an de illa præsumi possit invidia, aut odium, vel passio contra Reum.

Cum aliquando inquisitio Superioris non à semiplena probatione, sed potius ab infamia, vel indicis iniuriam famam, prudenter consideret, an similis infamia à personis fide dignis oria sit, & an convenienter, per duos saltem Testes probata sit, vel saltem illi constet de clamorosa infamiatione.

Tertiò. Indicia omnino expendat, an levia, gravia, aut levissima sint. Levia, quæ etiam suspiciones leves appellari possunt, non sufficiunt ad interrogandum Reum, licet sufficiant ad inquirendum, & informationes capiendas. Gravia vero non solum sufficiunt ad interrogandum Reum, sed etiam ad torturam illi, si delictum falsis minimè fuerit, inferendum: non autem sufficiunt ad illius condemnationem; nemo enim ex præsumptionibus, ac indicis vehementibus criminali poena, saltem ordinata, condemnari debet, sed bene pariti poterit extraordinaria poena Judicis arbitrio desumenda, ut optime docet Penna in 2. part. Direct. inquit. Commentar. 80.

Circa verò indicia gravissima illud considerare dignum est, quod licet ad condemnationem sufficiant, (ut supra Tract. 2. adnotavimus) cum in illis præsumptio Juris sit, ex qua ad criminales poenitionem, & poenam ordinatam etiam imponendam deveniri potest, ut est alios docet Fasina. q. 72. num. 54. si tamen casu aliquo Reus probationem aliquam, aut excusationem adducat; tunc poena extraordinaria Judicis à bitrio Reus puniri debet, quæ verò sunt levia, quæ gravia, aut gravissima indicia, latius superius Tractatu 2. declaravimus.

Deinde circa delictum ante omnia consideret, an verè fuerit commissum: Deinde circa eius gravitatem illud in primis advertat, an tale delictum sit contra bonum commune, aut in damnum totius personæ, an vero tantum in delinquentis damnum deriveur: præterea an delictum sit notorium, & Communitati scandalosum, an occultum, vergens tantum in delinquentis damnum; aliter enim punienda sunt peccata contra bonum commune, publica, sive secreta, & aliter ea, quæ contra bonum particulare committuntur.

Quartò. Personam, contra quam facta est denunciatio, etiam attendat, an inquam sit Prelatus, contra quos major sæpè delibetur probatio, quam contra alios; quia hi multoties circumstantiis expositi esse solent, præcipuè si aliis sit integræ vitæ, bonæ famæ, & opinionis; præterea an sit persona gravis, & de Religione bene merito.

Quintò. Testium dicta seriò meditetur; et eorum enim testimonio totum serè pendet negotium; igitur attentè examinet, an sint Testes singulares; hi enim non omnino probant, an sint contestes, quod requiritur, ut plena probatio contra Reum resulter: an sit tantum unus Testis, qui semiplenam tantum probationem inducit: an sint aliqua indicia, quæ simul cum Teste plenior probationem faciunt; unus enim Testis cum aliis adminiculis, sive indicis, licet non sufficiat, ut Reo poena ordinaria infligatur, sufficiens tamen est, ut extraordinaria

dinaria poena Juidicis arbitrio imponenda, puniatur.

Sex d. Rei defensiones, exculationes, exceptiones, si quas opponat, secluto odio, vel amore, an sint sufficientes expendat; quod si saltem ejus culpam dubiam reddat; Reus a Visitatore absolvatur.

Demum in processu examine interrogatorii articulos omnes, & circa illos singulos Testium depositionem percurrat, & in unoquoque articulo notet ea, quae circa illum articulum a Testibus dicuntur, & sic discutendo per omnes articulos, circa unumquemque articulum Testium dicta sedulo inter se conferat, & in quo fiat conformes, & comestres ad veritat, v.g. circa secundum articulum sunt duo Testes, qui tere in omnibus inveniuntur contestes; praeterea circa eundem articulum est alius testis, qui in aliquibus substantialibus discrepare videtur; praeterea est alius, qui tantum loquitur de auditu, &c. & sic circa singulos articulos diligenter discutat, ita ut totius processus probationes facile comprehendat.

Septimo. Praeterea si Reus juridice culpam fateatur, aut si quavis neget, juridice probeatur per duos Testes oculatos, fide dignos, concordantes, quorum quilibet integre de culpa deponit, puniendus est.

Octavo. Neminem sine praedicto Testium numero condemnet, in gravioribus autem delictis major numerus est quaerendus.

Nono. Si poena criminis per Canones, vel leges, cum quibus dispensare nequeat, diffinitur, totam Reo irrogabit, nisi communi bono aliquo modo judicaverit convenire, ut leniatur.

Decimo. Si poena criminis sit arbitraria, propendat potius ad misericordiam, quam ad rigorem: caveat autem, ne nimia benignitas aditum praebet laxitati.

Undecimo. Inter poenas extraordinarias enumeratur Correctio verbalis, quae pro ratione criminis, & personae usurpanda erit. Sorus de ratione regendi secretum, membr. 2. q. 4. concl. 3. quae vero pro qualitate delictorum poenae sint a Judice infligendae, plenius in Tractatu de poenis disceremus.

CAPVT XV.

De Sententia diffinitiva.

Visitator sententiam prolaturus diffinitivam debet in narrativa summarie articulos proponere, qui substantiam delicti contineant, & cum opus fuerit, causam sententiae exprimere, quamvis id non sit necessarium, ut dicitur in Cap. Sicut, de re judicata, juncta Glossa, verbo, exprimitur, & Abbas ibidem: sententiamque in scripto conceptam coram Reo, si fuerit praesens, alisque prout ipse judicaverit expedire, profertur.

Sententia autem debet omnino esse conformis his, quae in processu continentur, atque in illo probata sunt, nullatenus processus limites excedendo; ferti enim debet secundum allegata & juridice probata.

Praeterea sententia poterit juxta denunciationem Thom. a Jesu Oper. Tom. I.

nem, processum superius formatum simili tenore profecti.

FORMA SENTENTIAE DIFFINITIVAE.

Nos Fr. N. ab N. Visitator Spiritus sancti nomine implorato, a quo cuncta & integra judicia recta procedunt, in causa contra P. N. ab N. Procuratorem hujus Monasterii coram nobis pendente, & per processum in scripto formatum deducta, receptisque in ex utraque parte probationibus oblatis, his omnibus accuratissime perpensis, & ad plenum cognitum pronunciamus, ac decernimus, praedictum P. N. ab N. Procuratorem graviter peccato proprietatis contra votum paupertatis in multis gravibus delictis peccasse, tam in convivis pro Monachis ac secularibus a praedicto N. sine licentia exhibitis, quam in alia donationibus, nempe trium annulorum aureorum donatorum uni consanguinea ab eodem P. N. (ut ipse etiam in sua confessione fateatur) temere factis deliquisse, ac in hujus delicti poenam praecipimus, in carcere per tres annos includendum, ibi jejuniis panis & aqua in poenam tanti sceleris semel in qualibet hebdomada macerandum, reservantes nobis facultatem moderandi, vel dispensandi in praedicto. Acta, lata, & lecta sunt has sententia & publicata in Monasterio nostro N. sine in cellula nostra per me Fratrem N. ab N. Visitatorem hujus Conventus praedicto Patre N. praesente & audiente (si ibi praesens fuerit) & Testibus in scriptis, qui propria manu subscripserunt.

Die Mensis Anno

Locus & sigilli.

Fr. N. Visitator.

Fr. N. Notarius.

F. N. & F. N. Testes.

CAPVT XVI.

De sententia ferenda in absolute innocentium.

IN casu vero quod praesentis Reus innocens omnino inveniatur, necessario debet per sententiam diffinitivam innocens etiam declarari, ac suae famae, & honori satisfacere.

Quando autem verè dici possit Reus innocens, nota, duos esse innocentiae gradus. Primus est, quando nihil est probatum contra Reum, neque adsunt indicia, quibus juridice possit citari, vocari, seu examinari, cum videlicet innocentia adeo est perspicua, ut ex nullo capite contra eum aliquid veniat. Secundus verò gradus est, quando adsunt indicia aliquo modo probata, licet non sint plene evacuata, nihil tamen invenitur probatum, quod sit sufficiens ad Reorum punitionem.

In primo gradu innocentiae Reus innocens declarandus est, non verò in secundo.

FORMA IN QUA DECLARATUR
INNOCENTIA REI

NOS FR. N. ab N. Visitator, &c. Visa causa sine processu contra P. N. & expensis omnibus probationibus contra ipsum factis, ac eius veritate, & sincera confessione audita, decrevimus, illum nulla animi adversione dignum esse, neque probat, neque pro alia causa coram nobis legitime probata, quem in omnibus innocens reperimus, auctoritate nobis in hac parte concessa absolutum declaramus. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Amen.

FR. N. ab N. Visitator.

F. N. ab N. Secretarius.

CAP. VII. XVII.

Quando liceat Religiosis appellare a
sententia Superiorum, & inte-
grum illis sit suos Præla-
tos recusare?

IN primis de appellationibus, an Religiosis permittantur, differemus, deinde an illis facultas concedatur recusandi Prælatos Regulares?

Quantum ad primum punctum, duo possunt considerari. Primum quid sentiendum sit attentis Religiosorum Privilegiis? Secundum quid iuxta Jure communi dicendum sit? Varia extant, (si de Privilegiis loquamur) Religiosis concessa Privilegia; Bonifacius VIII. statuit non licere Fratibus Franciscanis a correctionibus Prælatorum ejusdem Ordinis aliquatenus appellare, ut refert Sorbus in Compendio Privilegiorum, verbo, appellare, n. 30. & Xystus Quartus concessit Carmelitans, & Augustinianis, ut Generalis eorum possit summopere obire rejecta quavis appellatione ab ejus præceptis, monitionibus, ordinationibus, mandatis, ac decretis, ut refert idem Sorbus, verbo, Generalis, num. 11. & 12. & Julius Secundus prohibuit sub pœna excommunicationis Fratibus, & Sororibus Prædicatorum appellare à mandatis, & ordinationibus Prælatorum prædicti Ordinis, eodem referente Sorbo, verbo, appellare, num. 3. & Paulus Tertius concessit Societati JESU, ut non liceat à correctione Regulæ secundum Ordinationes ejus factæ, appellare, nec posse ullam Judicem dictam appellationem admittere, ut habetur in compendio Privilegiorum Societatis JESU, verbo, appellatio, §. 1.

In eodem quoque Compendio. §. 2. verbo, appellatio, habetur Privilegium Canonicis concessum S. Salvatoris, nullo è Societate JESU posse appellare ad quemcumque, etiam ad Pontificem, nisi de speciali ejus licentia, ab institutis, ordinationibus, correctionibus, & mandatis Congregationis generalis, aut Præpositi Generalis, aut aliorum Superiorum, & appellationes, & inde secuta fore irrita, eodem quoque 2. §. refertur Privilegium Cisterciensibus concessum: non licere appellare in Societate JESU sub excommunicatione lata ipsi Pontifici refer-

vata, à reformationibus, seu correctionibus Præpositi Generalis, aut Visitatorum, quos ipse deputaverit, nisi ad gratiam in Congregationem, & in caso denegatæ justitiæ, aut pronotaria injuria.

Sorbus præterea, verbo, appellare, in annotationibus circa §. primum, refert Gregorium XIII. in quodam Mota proprio Anno 1575. qui incipit: *Quoniam nostro Præposito, &c.* Interdixit sub excommunicatione Pontifici reservata, ac aliis pœnis, Præpositis Franciscani de Oblervantia ad secularia Tribunalia appellare: concessisse tamen eis appellationem ad Generalem, vel Priorem, vel Pontificem, atque similiter refert, Congregationem Cardinalium edidisse decretum Anno 1587. ut appellatio hoc ordine in reponatur, à Generali ad Provinciale, à Provinciali ad Generalem, à Generali ad Protectorem, & ab hoc ad Cardinalium Congregationem.

Demum in nostris Constitutionibus contra appellantes ad quempiam externum in Privilegiis Xysti V. aliorumque Pontificum, receduntur Cap. 35. num. 13. Si quis ad Superiorem quempiam externum à Congregationis correctione appellaverit, (quod licet in Xysti V. Gregorii XII. Clementis VIII. interdictionibus) ipso facto à legitimis omnibus Congregationis actibus excludatur, & in carcere recipiatur, quoad usque post annos tres definiti omnium generale iusta de causa dispenset, nisi forte mittes, aut quatuor dies ab appellatione defuerint.

Dubitem tamen omni potest, qualiter intelligenda tam prædicta Privilegia quam Constitutiones aliquarum Religionum, in quibus interdictum omnino Religiosis appellatio? Aliqui sentiunt, Religiosos per professionem huc appellandi juri in sui favorem introducto, eo quod ad servandas Constitutiones Religiosas se obligaverint, quibus appellatio prohibetur, tacite cessisse. Ita docet P. M. Bannes 2. 2. & alii Recentiores. Sed melius existimo, neque per Privilegium, neque per Constitutiones jus appellandi Religiosis esse ablatum, maxime in causis gravissimis, quando manifeste gravantur à suis Superioribus; tunc enim licet ad Prælatos externos non possint, nec debeant appellare, ut ad Nuncium, sive alios Judices externos; possent tamen intra Ordinem adne etiam appellationis intuitu suos Superiores, ut Generalem, sive Capitulum generale. Imò M. S. ubi lib. 5. de Justit. q. 6. art. 8. quem sequuntur Arragon. 2. 2. q. 69. art. 3. & ibi Salon dub. 2. Valentia 2. 2. disp. 5. q. 13. punct. 3. solam appellationem ad externos videtur reprobare, & rationem hujus denegatæ appellationis illam esse docent, quia ad bonum, & tranquillitatem, atque honorem Religionum, quæ in simplici quadam obedientia consistunt, non modicum detrimentum præ se ferre solent, quando Religiosorum causas extra privatos parietes tractantur, ad Judicesque externos deferuntur, nec sciendum facile est, quod intra Religionem Superiores Religiosi ita iniqui sint, ut gravamen alicui latum non auferant: quod si aliquando (quod rarissime contingit) id acciderit, damno huic privato præponderat pax & commune bonum totius Religionis, quod Religiosi bono privato anteponere debent, sicut quilibet Civis, & si viram
adeo

adeo perfectam, ut Religiosi, non proficiatur; debet privatum suum bonum communi Reip. bono postponere.

Unde tenendum existimo quod ex vi Privilegiorum Religionum, ipsarumque Constitutionum à summo Pontifice approbarum, dum Religiosi appellare interdicitur, in illo sensu esse accipienda, nempe quod ipsis appellare non permittatur, quando excessus Prælatorum non fuerit manifestus, quamvis alias sit dubium de gravamine à Prælato illato, sicut Jus commune permittit in hoc casu. In Religiosis verò, nisi certum sit gravamen, appellatio non permittitur, hæc enim Pax, simplicitas, obedientia Religiosorum postulare videntur: quæ quidem bona non immeritò Privilegia, & Constitutiones spectant, quando autem non est locus appellationi, potest quilibet Religiosus causa querelæ ad Superiorem recurrere, ut optime docuit Navarr. lib. 2. Consiliorum, tit. de sententia, & re judicata. Conf. 2. num. 8. & de appell. consil. f. P. Sanch. 2. tom. in præcept. decal. lib. 6. Cap. 8. num. 11. ubi addit, quod hæc querela non suspendit jurisdictionem Prælati inferioris.

Ex his fit, quod illa tribunalia dicuntur esse intra Ordinem, in quibus locum habet Provincialis, Gener. Capit. generale, Protector Ordinis, ac Romanus Pontifex, ad quem nulla ratione deroganda est appellatio: cætera omnia tribunalia dicuntur esse extra Ordinem, quamvis habeant auctoritatem à Summo Pontifice cognoscendi etiam causas Regularium, sive sint Regum, sive Cardinalium, sive Legatorum, sive Episcoporum, & similibus; quamvis existimarem ut certum, inter tribunalia Religionis posse annumerari tribunal Illustrissimæ Congregationis Cardinalium; quoniam Congregatio illa specialiter fuit constituta à Xyto V. ad cognoscendas causas Regularium.

Circa appellationes Religiosorum, quando illi appellare prætendant à sententia definitiva, in causa correctionis, & in omnibus aliis casibus, in quibus approbatio est interdicta, opus esse certum est, in ipsa appellatione exprimere causam gravaminis; quia in his causis correctionis solummodo admittitur appellatio, cum modus excedit, & ideo cum solum appellatio concedatur illo casu, oportet causam specialem exprimere, ut constet appellationem fieri in casu concessio, ut post Innocentium, & alios docet P. Sanch, ut supra numero 105.

Secundò, Nota, quod si Reus est plenè de iplo delicto convictus, & illud est etiam spontè confessus, non potest appellare, ut constat ex lege 2. quorum appellatio non recipitur, & si talis Reus appellaverit, rejicienda est appellatio, nec debet sententiam ab excusatione suspendi.

Tertiò, Si Reus est confessus tantum, & non convictus de delicto, dum suam confessionem non revocaverit, ejus appellatio est nulla, ut constat ex Cap. Cum speciali, §. porro, de appellationibus: quod intelligendum esse existimo, quando Reus in appellatione de novo non allegaret causam probabilem contra suam professionem, quia illo casu appellans debet audiri, ut communiter docent Canonistæ.

Quartò, Animadvertendum est, quod si Reus tantummodo sit convictus, & non confessus; tunc potest appellare, quod etiam procedit in crimine læsæ Majestatis, ut docet Decius in Cap. Cum sit Roman. extra de appellationibus.

Hic meritò tractari posset, an integrum sit Religionis subditos suos Prælatos Regulares recusare? Illos autem non posse recusare tradunt Glossa, finali Capite, ad nostram, de appellationibus, & ibi Hostiensis, num. 9. per Caput Cum speciali, in fine, eodem titulo, ubi cum duo statuisset ille textus, nempe qualiter Judex recusari, & ab illo appellari posset, subjunxit sequentia verba; *Cæterum has duas Constitutiones præmissas nolumus ad Regulares extendi contra suas spirituales observantias, ubi Innocentius, Joannes Andreas, & Abbas tenent prædictam sententiam; quare cum Constitutiones Religionis, & Privilegia denegent Religiosis appellationem; subinde fit, ut denegent etiam recusationem.*

Verior tamen sententia tenet, in hoc equiparari recusationem & appellationem, ut neutra absque causa liceat. Quare sicut à Superiore manifestè excedente in correctione licet appellare, eodem modo quando Superior valde suspectus crederetur, excessurusque ob passionem, posset quidem recusari. Ita docet Hostiensis illo Cap. Cum speciali, num. ult. & ibi Joan. And. num. 18. Abbas ibi, §. porro, num. 3. Quare quando manifesta est causa suspicionis Prælati, & non alias, etiam si sit dubia, locus datur recusationi, sicut quando manifestus est excessus, & non alias, appellationi.

TRACTATUS IV. DE POENIS CUILIBET CRIMINI ADHIBENDIS. PROLOGUS.

Dostquam Vilitator elaboraverit pro inveniēdo delicto, de quo Reus accusatus, vel inquisitus erat, reperitque Reo culpabili, debet etiam eum condignis poenis punire: & ne in incerto labore pro quaerendis poenis, Reo secundum gravitatem delicti infligendis, visum est nobis, poenas aliquas assignare, tam à Jure, quàm à nostris Constitutionibus, imò etiam ab aliorum Ordinum legibus, tam pro gravioribus, quàm pro gravissimis culpis taxatas, hic breviter inferere: ut in casu, quo neque in nostris Constitutionibus, neque in Jure Canonico certa poena fuerit stabilita, (nam tunc ab eis non licet recedere, Constitutiones enim Regularium omnino in imponendis poenis observandæ sunt) possint Vilitatores ad manum habere aliquas apud alias Religiones in praxi observatas poenas, & eas delictis extraordinariis infligere.

CAPVT I.

De Poenis in particu'ari, & quod poena mortis, vel tritremium Regularibus non sit infligenda.

Cum autem Jus Canonicum nunquam pro aliquo delicto, etiam gravissimo, poenam mortis, & sanguinis imponat, nullus apud Regulares puniri debet poena mortis, vel sanguinis, quantumcumque crimen gravissimum commiserit.

Tritremium autem poena, quæ in facinorosos videtur locum obtinuisse, utinam adversus Religiosos nunquam adhiberetur. Hinc Bernardus Diaz in sua Praxi, in Clericis etiam ejusmodi supplicium deplorat multis, & prudentissimis, & efficacissimis rationibus usus, ac præterea addit verba, quæ sequuntur. *Quis merito non judicabit indecens, Sacerdotes DEI, quibus major dignitas collata est, quàm Angelis quantumcumque facinorosos tam perpetuo hoc infami punitionis generi iradi, ubi tanta est sceleratorum hominum copia, tantus squalor, tantus denique omnium ærumnarum, ac immundiciarum æcervus est: ubi insuper passim damnatos homines & nudari, & flagella laicorum pati manibus, quotidianum est? nisi in casu quo post degradationem Sacerdos tradendus esset ad ultimum supplicium subeundum Curia seculari; & tunc etiam tolerabilis crederem, Sacerdotem quemquam post traditionem Curia, turpissima quoque mortis generis (dam tamen momentaneum) vitam*

finire quàm ipsum longo vita intervallo cum 100 facinorosis hominibus, ac sapius infidelibus, tali quotidiana poena torqueri; satis namque ultimo supplicio esset, ut ferirentur aliqui animi pietate, quam in tritremibus vitam agendo, ubi non solum de præteritis non est sperandus dolor, sed deteriores mores ibidem acquisituros, & cum illis meritorios verisimiliter timere possent.

Hæc ille. Quare merito Navarrus Comment. 2. lib. 30. de Regularibus, num. 72. asserit, alienum curiale videri à charitate fraternitatis, & paternitatis in materia Regularis habenda, simul & à consuetudine Sanctorum Augustini, Benedicti, Bernardi, Domini, & Francisci, & aliarum Regularum Institutorum, hujusmodi poenas infligere, cum sola ejjectione à Congregatione videntur fuisse contenti. Hæc tenet Navarrus.

Sed quia hæc materia de poenis latissima est, & illæ, quæ stabilitæ sunt à propriis Ordinum Constitutionibus, juxta earum præscriptum infligendæ sunt; ideo priori loco de poenis à nostris Constitutionibus, graviori, ac gravissima culpe taxatis, omnia levi, aut gravi culpa (de qua inter nos nunquam formatur processus) distinemus: sed oportet ante omnia aliqua præmittere.

CAPVT II.

De poenis juxta eorum leges Regularibus imponendis.

Judices omnes in ferendis sententiis, Juribus, & statutis Regularibus conformare se debent: quare in primis earum Constitutiones, & earum poenas callere debent.

Dicitur Concilij Tridentini. Ubi verò in propriis Constitutionibus poenae non fuerint sancitae, Visitatores recurrere debent in corrigendis Regularium pravis, & corruptis moribus ad Sacros Canones, ut in Concilio Tridentino, sess. 14. in praevio de Reformatione dicitur, & sess. 5. Cap. 6. de Reformatione. Quae enim sibi de Episcopis statuuntur, exceptis his, quae statui Regularium coaptari nequeunt, Praelatis Regularibus omnino congruunt; cum ipsi ex munere sibi commisso, eadem habeant circa laicos subditos Apostolicae sollicitudinis commissionem. Quare etiam non jurent servare Canones, sicut Episcopi, tamen ratione assumptae jurisdictionis, illam secundum Sacros Canones exercere debent.

Ubi verò sacri defecerint Canones & Religionum statuta, debent ad Jus Civile recurrere: Jus enim Civile, & Canonium maius sibi invicem suffragari consueverunt, ut dicitur Cap. Susceptus, & Cap. Si ad auxilium, distinct. 10. Non dicimus, quod Jus Civile ad unquam debeat servari: Regulares enim Judices non debent per legem Civilem gubernari, quia lex ita decernit; sed quia ratio, quae lex utitur, sic requirit, proportionate utendo, & Regularibus statutis se conformando.

Ubi verò omnia deficerent Jura, & nulla esset pro aliquo delicto poena decreta, sed potius arbitrio Judicis relicta, tunc Judex juxta legittimas, & probatas Ordinis Consuetudines, poenas infligere debet. Caveant tamen Visitatores à pravis consuetudinibus, quae potius corripelant, & abusus dici debent, & ne sub specie pietatis, impletatem amplectantur.

Præterea ulterius, quando à Jure non est poena statuta, conformare tamen se debet Judex in arbitrandis poenis, legibus, & Juribus, eliciendo similibus similia. Ita Baldus in Robr. de Constitutionibus, & Concil. Trid. sess. 13. Cap. 2. de Reformatione.

Deinde, ut eruditè advertit Bernardus Diaz in sua præf. Capite 147. num. 2. in arbitrandis poenis Judex omnes, & singulas ponderare debet circumstantias: videlicet delinquentis conditionem, gradum & statum: an sit solitus delinquere in eodem genere, an casu acciderit, an provocatus, laesivus, vel coactus; an volens & libens: an delictum fuerit cum scandalo: similiter circumstantia loci, & temporis discutiendae, & durumitas, & gravitas, vel atrocitas delicti: & an sit damnum tertio, vel Republicae; & si aliqua sit persona offensa, & cujus gradus, & dignitatis existat, & similiter offensa, vel damni magnitudo, & omnes aliae consimiles circumstantiae ponderandae, & juxta eas poenae infligendae.

Præterea juxta doctrinam Baldi in l. Quicumque C. de servis fugiis, in arbitrandis poenis Judex temper mitiorem debet eligere poenam, ut in l. Praeter, ff. de panis: quod procul dubio semper

habet locum inter Regulares, intra tamen Justitiae terminos.

Inter Regulares autem, ut bene advertit Roderic. q. 23. art. 1. poenae sanguinis, & mortis correspondet poena expulsiōis à Religione, & privationis habitus Regularis, maxime in Religionibus, ubi aliud propriis legibus non decernitur. Expulsi inquam, si fiat debito modo, & cum aliis circumstantiis, de quibus infra dicemus.

Demum quando tam Jura omnia, quam consuetudines in propria Religione deficiunt, quibus possit coaptari poena, recurrendum ad aliorum Ordinum Constitutiones, & è similibus casibus similes poenas elicere, & accommodare debent.

CAPVT III.

De graviore culpa, & de poena ei correspondente secundum nostras Constitutiones.

PRIMO in nostra Congregatione graviore culpa reparatur, cum quis præcepto formali obedientiae sibi, vel alii imposto, non obedierit.

Secundo. Qui post emissam professionem, divinum officium non perolverit, & de eo fuerit convictus.

Tertio. Qui verbo, & opere proximum absentem, vel praesentem graviter in fama, vel corpore laeserit.

Quarto. Qui aliquod è voris externae violaverit, postquam fuerit convictus, aut confessus.

Quinto. Qui Superioris officium usurpaverit.

Sexto. Qui Praepositi, aut Definitorum Generalium, Procuratoris Generalis, aut Provincialis literas ab eis, vel ad eos datas aperuerit, vel retardaverit.

Septimo. Qui Communitatis alicujus, vel cujuspiam officio fugientis sigillum adulteraverit, vel sinxerit, aut quaevis alia his similia commiserit.

His culpis, siue his delictis poena graviore correspondet. Est autem poena graviore inter nos, primo: In Capitulo unam disciplinam accipere, & postea in cellam recludi usque ad horam prandii, ac tunc in Refectorium ingredi, humique sedentem pane dumtaxat, & aqua relicta, datoque signo in cellam reverti, ac praeterea ejus poenae tempore in Chorum non ingredi, Sacram Eucharistiam non recipere, voce carere, nullaque in retea officio fungi.

Secundo. Est etiam poena graviore, voce ac loco ultra quindecim dies (citra annum tamen) privati, & per singulas hebdomadas ejus poenae mortificationem unam extraordinariam subire, & fectis sextis pane tantum & vino uti.

Tertio. Poena praeterea graviore est, ut in cellam, carceremve ultra quindecim dies (citra tamen annum) Reus includatur, & eo tempore, si Sacerdos fuerit, Sacrum non faciat, sed in secretiore loco tantummodo audiat, nullusque eum conveniat, nec ipse alium, & tertio quoque die genuflexus ante ostium Refectorii exeat, ac intro-

Notanda
ex Bernardi
Diaz.

IV.

BET

IS.

S.

niendo delicta

rat, respectuque

ignis poenis pe-

rendis special-

delicta infligere,

nam etiam de

rioribus, quam

inferere in

Canonico con-

stitutiones

possint Visitato-

res servatas pe-

ris Communitatis

affert, aliter in

paucitate in

inservitudo tan-

arum, Dominum,

stitutionem, in-

stitutione Congre-

gationis Navar-

ae latissima est,

prout Ordinum

rescriptum in-

de poenis à no-

ac gravissime

culpa (de qua

ocellus) disti-

na aliqua

CA.

IESU

Spirit. II

introcuntes Fratres, ut DEUM orent pro ipso, deprecetur, humilique sedentis diebus prandeat.

Quartò. Pœna denique gravior est, ut reus ultra quindecim dies habitum more Novitiorum distinctum gerat, & postremus in Choro & Refectorio sedeat, & in Capitulo cum Donatis aut Novitiis, si ibi fuerint, se prosternens de culpis accuset; tribusque diebus per hebdomadas singulas ad disciplinam se præparet, quam Prior, vel Præfidentis, quoties expedire videbitur, inferet.

Pœna autem omnes has Præpositus Generalis in tota Congregatione, & Provincialis in sua Provincia inferre potest.

Pœter hæc crimina graviora, quibus in nostris Constitutionibus taxata est pœna, sunt etiam alia graviora delicta, quæ quamvis prætermissa sint in nostris legibus, in Constitutionibus tamen aliarum Religionum inter graviores culpas referuntur, illisque imponitur pœna proportionata. Quare non erit abs re, aliqua ex aliorum Ordinum Constitutionibus excerpta, huic Tractatui inferere, ut Visitator, cum neque in Jure Canonico, neque in nostris Constitutionibus designatam pœnam gravioribus culpis invenit, possit recurrere ad aliarum Familiarum Constitutiones, & ex illarum usum, & consuetudine receptas pœnas commissis culpis transferre ad nostram, & casibus occurrentibus eas accommodare.

Verum ut nunc prætermittam aliorum Ordinum consuetudinem, aut legibus, pœnas gravioribus culpis taxatas, ex Constitutionibus Ordinis Predicatorum, de pœnis aliquibus gravioribus culpis infligendis, aliqua breviter referam.

CAPUT IV.

De Pœnis taxatis in Constitutionibus Fratrum Ordinis Prædicatorum.

IN Constitutionibus Fratrum Ordinis Prædicatorum Cap. 18. De graviore culpa, distinctis sequentibus verbis gravior culpa, pœnaque ei imponenda describitur.

Gravior culpa est, si quis per consumaciam, id est manifestam rebellionem inobediens Pralato suo extiterit, vel cum eo in tuus & foris protervè contendere ausus fuerit. Secundo. Si quis percussor fuerit. Tertio. Si quis crimen capitale, id est pœna mortis in seculo puniendum commiserit. Quarto. Si quis procuraverit, quod ipse, vel alius eximatur via non juridica à potestate sui Pralati. Quinto. Si quis rem sibi colatam celaverit, quem B. Augustinus iudicio dicit esse condemnandum.

Si quis convictus fuerit, & veniam petierit de huius criminibus, denudatus vapulet, quantum placuerit Pralato, & sit omnium novissimus in Conventu, & qui culpam perpetrando non erubuerit, membrum diaboli fieri: ad tempus, ut respiciat, sequestretur à consorcio omnium Christi.

Pœna autem sequestrationis, ut in eisdem Constitutionibus cavetur, tunc tantum locum habeat, quando propter peccatum mortale ad pœnam gravioris culpa quis est damnatus. In Refectorio quoque ad mensam cum ceteris non sedebit, sed in medio Re-

fectory super nudam terram comedat, & providetur ei seorsum panis gravior, & potus aqua, nec reliqua prandij sui cum aliis miscantur ut cognoscatur, se in esse sequestrationem à consorcio aliorum, & quod privatur, nisi per penitentiam redeat consorcio Angelorum, ad Canonicas horas, & gratias post conversionem ante ostium Ecclesie transeuntibus Fratribus, prostratus iaceat, dum intrant & exeunt; nullus autem audeat, se conjugere illi, vel aliquid mandare. Et infra: talis quamdiu in hac penitentia non communicet, nec veniat ad osculum yacu.

Eodem etiam Cap. 9. q. Ita decretum est. Qui in Pralatum suum manus injecerit temere violentas, aut quemcunque lethaliter vel graviter, seu atrociter percussit, aut infra septa Monasterii super se arma invasiva portare præsumpsit; & carcerali custodia mancipietur. (& infra §. 5.) Quæmina quæcumque Fratrum secularibus personis, seu aliis extra obedientiam nostri Ordinis constitutis revelaverit, unde Fratribus vel Ordini infamia vel damna fuerint subsecuta; & carcerali etiam custodia mancipietur: & volumus quod huiusmodi Ordinis destructores possint nisi per Magistrum Ordinis, vel Generale Capitulum liberari.

Pœterea §. 8. contra conspiratores sequens pœna stabilitur. Si qui per conjurationem, vel inspirationem, vel malitiosam concordiam, adversus Priores, vel Pralatos suos manifeste se exercint, de cetero in omni vita sua extremum locum sui Ordinis teneant, & vocem in Capitulo non habeant, nec in aliqua committatur obedientia.

Demum eodem Cap. 18. §. 9. contra alia gravissima crimina sequens pœna stabilitur. Statuimus quod si quis nefandam crimen concubitus contra naturam, homicidii, vel propinatis, etiam si sic non subsecuto, veneni commiserit; perpetuo carceri sit addictus, à quo nec per Magistrum Ordinis, nec per Capitulum Generale possit ante annos 20. liberari; & nihilominus pœnis aliis puniatur, secundum Pralati discretionem. Hæc tamen Constitutiones sicutum P. additorum.

Circa hoc verò pessimum, atque horrendum Sodomiz crimen notandum est, quod illius pœna de Jure Canonico est depositio, & perpetuus carcer; nihilominus ex Constitutionibus P. Regularibus hoc vitio infectis decretum, ut privati intelligantur, & degradati iudicibus secularibus tradantur. Quæ Constitutio est septuagesima in ordine, incipiens: Horrendum, &c.

CAPUT V.

Quando, & quibus sit infligenda pœna Carceris.

Visitatores in primis advertant, non evitent, neque pro omni crimine Religiosos fore incarcerandos; tum quia hoc est pro eisdem intolerabile, ut notat Baidus in lib. 1. C. de integ. restitut. postulat. tum etiam, quia eo casu Visitatores de injusta captura strictam coram ipso Deo rationem reddent. Secundum, quod Pralati animadvertere debent, illud est, ut iudicia, quæ resultant ex processu, sint sufficientia ad captivam. Si autem quæras, quænam in iudicia sint sufficientia; oportet confidere prius, quod Religiosi triplici de causa (ut tradit Bernardus Diaz in sua Practica Criminali Cap. 126.) Carceribus tradi possunt.

Primò

CAPVT VI.

De poena carceris, & quibus infligenda secundum statuta Ordinis Minorum?

Primo custodiz causa, nempe cum crimen gravius est, Juxtaque veretur, ne Reus fugam ante judicium capiat; tunc enim in carcere includendus, quoad usque commissi delicti rationes excutiantur: & tunc sufficit, quod constet tantum de presumptione delicti, ut tradit Julius Clarus q. 20. ver. ad inquirendum.

Secundo. Cum delicti probatio quaedam inchoata; & semiplena habeatur ex indicis, aut infamia, quorum quidem vis alia esse sufficiens ad torturam inferendam; tunc Religiosus, cum in Religione non sit receptus usus, & consuetudo torturae, in carcerem est conficiendus, ibique pro criminis magnitudine aut rejanis, aut verberibus ad retitatem patfaciendam, impelli debet.

Carceris supplicium applicari solet in poenam criminis commissi, sententia definitiva Vltimatoris ita praesentente. Quo sane carceris genere nemo detinendus est sine plena probatione delicti; aliter legere erit, ut iudicio nondum expleto, jam Reus ordinaria poena plecteretur. In carcere vero ob criminis poenam inclusus, voce activa & passiva privatur, suaeque professionis locum amittit. Duo quidem prima genera incarcerationis, neque praedictam vocis activae, & passivae privationem; neque ullam infamiam praeseferunt; fieri enim potest, ut carceri quis ad custodiam inclusus, postea expensis ejus causis, innocens inveniatur.

Est etiam alia minor poena, quae proprie carcer dici nequit, quando Religiosus jubetur ire in suam cellam, sive in arrestum, ut alii dicunt, & ibi manere per aliquos dies Superioris arbitrio praescribendos. Haec etiam poena infligi solet, quando est periculum de fuga: frequentius vero applicari solet, non pro gravioribus, aut gravissimis, sed pro culpis gravibus tantum. Ex quo inferitur primum, ut optime adfert Navarrus, in alios Judices moris esse peccare, leviter capi jubentes aliquos, citra ullam necessitatem, infamiam, & suspicionem legitimam; nunc ob odium licet veniale, nunc ob vindictam, nunc ob rusticitatem, qua in se, vel suos est usus, nunc ob subitam iram, nunc ob liberam Rei responsam, nunc in illis vel illis placeant, sicut Herodes, Act. 12. Qui apprehendit Petrum, ut placeret Judaeis: non confidenter quanta ignominia inurunt captos; praesertim si sint viri virtute, eruditione, nobilitate, & etiam divitiis insignes: neque perpendentes, quod ad restitutionem famae sic laesa teneantur.

Illud demum notandum est, Prioribus, aut Guardianis nullam in Religionibus permitti facultatem, ut possint Fratrem aliquem incarcerare, nisi alias esse periculum imminens de fuga delinquentis, aut id faciant ex peculiari commissione, & licentia Superiorum. Poterant tamen in cellam per viam arresti aliquem ex justa causa ad tempus includere, seu potius detinere, praecipiens ei, ne a cella discedat absque ejus jussu, sive licentia.

Carceris poena secundum statuta Fratrum Minoritarum, est reclusio alicujus in aliquo obferato loco, sine caputio, & chorda, Generalis vel provincialis, alicujus Praelati auctoritate facta, ut per statuta Salmanticensia, Cap. 7. & Vallisolerana, fol. 132. tit. de poena carceris, §. 2. cautum est.

Quare nullus praedictis Praelatis inferior potest alicquem sic formaliter carcerare, sed solum rationabilibus de causis, veluti in domo disciplinae, vel custodiae delinquentes retinere, de consilio discretorum, ubi fuerit delictum, et evidenter manifestum, quoutque aliquis praefatorum Praelatorum admonetur, qui delinper prout opportunum fuerit, provident, ut caveatur per eadem statuta, fol. 134. §. quod si quis, quod intelligi volunt etiam de fratribus, qui sunt de alicuius familia, vel Provincia.

Ex antiquis autem Ordinibus statutis Salmanticensibus, Cap. 7. & Vallisoleranis ultimis, fol. 132. tit. de poena carceris §. 1. cautum est, quod formaliter carceratus, ut supra expressum est, semper consequenter est privatus actibus legitimis eo ipso, quo carceri est mancipatus: & quamvis liberetur a carcere, non intelligitur ad actus praedictos restitutus, nec restitui potest, praeterquam in Provinciali Capitulo, aut Generali auctoritate.

Ex iisdem statutis Salmanticensibus, Cap. 7. Vallisoleranis, eodem tit. fol. 133. §. nullus autem, Declaratio ex statutis Salmanticensibus & Vallisoleranis.

Ex iisdem etiam §. Quare ut atrociter, cavetur ut in omnibus Provinciis, & locis, saltem principalioribus carceres habeantur, omnino fortes, humani tamen, & lucidi, ut carceratus Divinum officium persolvere possint, ac pioslectionibus pro eorum spirituali consolatione vacare, & quibus etiam Confessionis Sacramentum penitentibus concedendum est toties, quoties ab eis fuerit expostulatum: & qui perpetuis carceribus mancipati sunt, saltem in festo Resurrectionis Domini die, Sacratissimo Eucharistiae Sacramento reficiantur.

Ex iisdem statutis §. si quis vero, cavetur, quod liberans quempiam a carceribus, vel consentiens, vel consulens, & auxilium praebens, ex quo incarceratus aufergit, & etiam custos, si de eorum malitia, & dolo legitime constiterit, carceribus mancipentur Provinciali arbitratu. Et si Guardianus ipse de his aut dolo, aut negligencia legitime convictus fuerit, eo ipso Guardianatus officio privatus sit: vel gravius etiam puniatur Superiorum arbitrio pro qualitate delicti: omnes porro formaliter carcerati tam temporarii quam perpetui, semel saltem singula hebdomada sexta feria coram fratribus capitulariter congregatis, disciplinam sibi adhibere debent, recitando Psalmum Miserere mei Deus, &c. & in pane & aqua humi

TESTI

Spirit. II

Inferitur ex Navar.

V.

affigenda

noni...
eligio...
pro...
1. C...
c. alu...
am ipso...
quod...
indicia...
ad cap...
dicia...
s, quod...
Bernardus...
26.) Carce...

Primo

mi genuflexi jejunare; & quo tempore ad carceres damnati fuerint, semper sine caputio & chorda ubique manere debent, ut per eadem statuta loco citato §. penultimo, & ultimo decernitur.

Hi autem, qui in domo disciplinae, vel custodiae retinentur, nullis ex praefatis poenis, & mortificationibus subjacere debent, ut per eadem statuta ibidem cavetur.

Quinam incurrant poenam carceris secundum statuta Ordinis Minorum.

Explicatio jam quid sit poena carceris, & quomodo adhibenda, nunc quinam eam incurrant, ex iisdem statutis breviter annotandum. Primum itaque illam incurrunnt proprietarii quicunque, qui etiam in proprietate morientes, Ecclesiastica privantur sepultura.

Eandem carceris poenam per sex menses incurrunnt, & omnium suffragiorum jure triennio carent, qui pro prima vice in fornicationis culpam inciderint, vel graviores speciem. Pro secunda vice per annum carceribus mancipandi, & omnibus Ordinis officiis perpetuo privantur. Pro tertia vice longiori tempore carceribus mancipandi, & ad omnia officia perpetuo inhabiles existere debent. De innominabili vero convictus, nudus omnino cum solis femoralibus coram Fratribus capitulariter congregatis, & manibus ligatis graviter est flagellandus, cum recitatione Psalmi *Miserere mihi Deus, &c.* & levissimis flammis hinc inde circumseptus quodammodo comburi debet, & ad perpetuos carceres irrevocabiliter damnari, ubi pane, & aqua tribus saltem in hebdomada diebus jejunare debet.

Eadem carceris poena puniendus est inobediens inobedientia contumacia, quae contumacia incurritur post trinam monitionem eodem die congruis intervallis factam: item apostatae omnes carceris poenam incurrunnt pro modo culpae apostatae, ut supra lausius ostensum est.

Item revelantes sacramentalem confessionem, cum perpetuo ab audiendis confessionibus suspendi debeant, & a ceteris legitimis perpetuo privari, carceri etiam Provincialis arbitrato sunt mancipandi: Item bimestri carceri mancipandi, & activa & passiva voce decennio privandi, qui secunda vice verbis, aut factis aliquem graviter provocaverint: & similiter qui improperaverint aliquem de delicto, pro quo jam alias fuit punitus: item Superioris arbitrato carcerandus, qui in proferendis obscenis, & turpibus verbis in vitiosus fuerit, ut incorrigibilis appareat, & scandalo sit carceris.

Semestri vero carceri mancipandum, qui lapidem, vel baculum, vel gladium, vel cuiusvis alterius generis instrumentum arreptum projecit ad percutiendum, vel alio quocunque modo percutere nilis fuerit: vel qui arma offensiva portaverit, vel in cella vel alibi retinuerit. Qui vero praedictis instrumentis percusserit, vel frastrum, vel saecularem, carceris unius anni poenam luere debet, & omni suffragiorum jure, & a ceteris legitimis perpetuo privari, ac per mensem tertio quolibet hebdomada coram fratribus capitulariter congregatis genuflexus comedere, illisque instrumentis, quibus ferire, aut percutere ausus est, ei de collo pendentibus.

Item carceri mancipandus, Generalis arbitrato, qui verbo, vel facto divisionem Ordinis procurare praesumpserit: perpetuo vero carceri

mancipandi incorrigibilis: tales sunt censendi qui ter de eodem gravi crimine convicti, & puniti, non respiciunt. Ad arbitrium vero Generalis carceri mancipandus, & ad Ordinis dignitates, & officia perpetuo inhabilis esse debet, qui per se, vel per alium literas, aut sigilla Praetorum, vel Principum, Generalium, vel Provincialium, aut aliarum notabilium personarum falsificaverit semestri carceri mancipandus, & infamis perpetuo esse debet, qui in iudicio quidquam falso, ac scienter deposuerit, vel ad id faciendum induxerit, aut revocaverit, vel revocandum procuraverit, quod verum depositum fuerat. Superiorum autem arbitrato carceribus mancipandus, qui tacito nomine, vel sub nomine alieno, literas, seu libellos latentes ediderit, miserit, projecterit, vel quomodolibet exposuerit in alicujus infamiam. Similiter Superioris arbitrato carcerandus, & omni suffragiorum jure triennio privandus est, qui alius, vel taxillis luserit.

Ad carceres perpetuo damnandi, quicunque post Religionis ingressum aliquod crimen admiserint, propter quod si illud in saeculo commississent, morte plecendi essent: Semestri vero carceri mancipandus, qui Generali ipsi rebellaverit, ultra alias poenas superius notatas, item bimestri carceri omnino mancipandus, & omni suffragiorum jure triennio privandus, qui recitatus, & appellationis ordinem a statutis praescriptum, & decretum, temere violaverit.

Pro multis aliis delictis praefigurae a statutis carceris poena, de quibus videatur ibidem: brevitate enim studens, haec notata sufficere iudicavi.

C A P V T VII.

De poenis specialibus in Ordine Minorum contra delinquentes stabilitis, & primo de privationibus fieri consuetis.

Priuationes in dicto Ordine fieri consueverunt in triplici differentia, videlicet. Primo actuum legitimorum. Secundo Juris suffragiorum. Tertio officiorum privatio. Actuum legitimorum privatio est inhabilitatio ad omnia Ordinis officia, quae cum dignitate, ac superioritate conjuncta sunt, veluti Ministeratus, Communitatus, Definitorius, Guardianatus. Potest tamen sic privatus ad sacros ordines promoveri, & sacras eorum functiones exercere, & similiter quaecunque officia praedicationis, confessionis, & lectionis, &c.

Privatio Juris suffragiorum, est inhabilitatio, tam ad ferenda, quam ad consequenda quaecunque vota, & suffragia in Ordine.

Officiorum vero Ordinis privatio, est inhabilitatio ad omnia praedicta, & ulterius ad confessionis, praedicationis, lectionis, parentariae, & visitationis munera obeunda; potest tamen sic privatus Ordines recipere.

Singula igitur praefatae poenae applicantur gradatim delinquentibus. Primum privationem actuum legitimorum incurrunnt subornatores, & revelantes extra Ordinem secreta, in ipsius detrimentum & infamiam: qui perpetuo a ceteris legitimis privantur.

Secundo

Secundò. Actibus legitimis privantur recurrentes ad favores seculares, prout supra: nec relevari possunt, nisi per generale Capitulum proximè futurum.

Tertiò. Interceptas literas Prælatorum, vel Principum, vel Generalium, vel Provincialium, vel aliarum notabilium personarum quomodocunque malitiòse, vel per se, vel per alios: & similiter illas destruentes, impedièntes, retinentes, ne mittantur, aperientes, & similiter qui prædictorum literas sibi ipsi missas legere, aut aperire malitiòse distulerint: nec relevari possunt, nisi ab ipsi Generalibus, vel Provincialibus Prælati respectivè.

Quartò. Procurantes novitatem in Ordine, modo superius expolitò: nec relevari possunt, nisi per Generalem, aut Provinciale Prælaturum. Item non manifestantes opportunè defectus fratrum, tempore visitationis Ministri, aut Commissarii, tam Generalis quam Provincialis, sed malitiòse, & callidè in aliud tempus cuicunque Ordinis Prælatò manifestandos differentes. Item qui literas contra quempiam servaverint, & postea in iudicio, seu visitatione deduxerint, produxerint: qui omnes actibus legitimis privantur, & infames existunt, nec auditu possunt.

Quintò. Privantur etiam actibus legitimis qui sacro, ac venerabili sanctæ Inquisitionis officio delati, de levi abjurati fuerint: & similiter juxta sacræ Tridentinæ Synodi præscriptum, & sacrorum Canonum dispositionem, qui natalium patiuntur defectus, ut spurii, & consimiles, de qua re extant Constitutiones Xylti V. & Clem. VIII.

Sextò. Suffragiorum jure biennio privatur, qui Prælato suo in culpa, vel in mensa responderit, facultate prius ab eo non impetrata. Item qui alicui Prælato verba impropria, aut convitiis dixerit.

Septimò. Qui ad trimeses aut perpetuos carceres aliquando damnati fuerint: & si contingat eos misericorditer liberari, sic liberati, omni suffragiorum jure, & actibus legitimis perpetuo privari existunt, nec ad ea quovis modo amplius habitari possunt.

Octavò. Denique rebellantes Provinciali Ministro, seu Guardiano, aut Vicario, omni suffragiorum jure triennio privantur.

Nonò. Omnibus Ordinis officii privantur, qui per malinosam concordiam, seu conspirationem adversus alium, & maxime Superiorem se evexerint, & sic privati remanent, quousque per condignam satisfactionem à Generali, vel Provinciali Ministro releventur.

Decimo. Quicunque ad tribunalia secularia appellantes, & ad ea temerè confugièntes, privationem officiorum Ordinis incuriunt, & inhabilitatis perpetuè ad illa, & alia quæcunque exercenda, vocisque tam activæ, quam passivæ, ex constitutione Gregorii XIII. Quæ incipit, *Quoniam nastro, &c.*

Undecimò. Omnibus Ordinis officii privantur ad favores quarumcunque personarum extra Ordinem existentium pro obtinendis officii recurrentes, & similiter voce activa, & passiva ex Constitutione Pii V. quæ incipit *Pastoralis officii* & Gregor. XIII. quæ incipit, *Consuevit*. Quas pœnas incurunt, etiam ipsi Fratres pro favo-

ribus ejusmodi seculares sollicitasse negaverint, & seculares ipsi affirmaverint, ab eisdem Fratribus sollicitos non fuisse, dummodo de malitia, & dolo tertii non constiterit: videlicet quod quis alius invidus, malitiòse rogatores subornaverit, ut quoquo modo noceret promovendis; & similiter privantur officii Prælati, qui tales ita recurrentes promoverint, vel promoveri consenserint, vel permiserint, & ad prædicta sua officia, & alia quæcunque in posterum obtinenda inhabiles existunt.

Duodecimò. Qui pecunias, vel dona quæcunque dederint, aut promiserint, ut pro se, vel pro aliis gradus, honores, dignitates, vel officia consequantur, vel in prædictorum favorem sententia feratur: & non solum ipsi, sed etiam qui talia dona receperint, quicunque fuerint, qui omnes sacrorum Canonum pœnas jure contra simoniacos statutas, ac præterea Constitutione Apostolica de muneribus non dandis assignatas, omnino incurunt.

Decimotertio. Quicunque aliqua notabili infamia laboraverint ob crimina, de quibus accusati apud Prælaturum, convicti fuerint: ad Ordinis dignitates, & officia (ultra pœnas ob crimina sibi inflicta) perpetuo inhabiles existunt, cui pœnae subjacent, quicunque infamia laborant, & similiter qui de re gravi in sacro inquisitionis officio delatus, abjuratus fuerit.

Decimoquartò. Privantur officio, Generalis arbitrio, Provinciales Ministri, qui delinquentes pro eorum demeritis punire distulerint usque ad Generalium in Provincias adventum, vel alio consimili prætextu, & denique rebellantes quomodocunque Commissario à Generali missò: qui perpetuo privantur Ordinis officii, & perpetuo inhabiles existunt ad alia quæcunque in Ordine exercenda, & voce tam activa, quam passiva privantur, ex Constitutione Gregorii XIII. Quæ incipit, *Quoniam nastro, &c.* quibus etiam omnibus, & singulis subjacent, qui Generali ipsi rebellaverint.

C A P V T VIII.

De Culpis gravissimis, earumque pœnis à nostris Constitutionibus impostis, ubi de pœna expulsiõnis.

Obstinati, seu correctionis incapaces pœna gravissima multandi sunt. Correctionis incapax & obstinatus ille reputabitur, qui legitime ob culpam mortalem ad graviores pœnas condemnatus, eam ferre ita decredat, ut tandem pœnæ subiecti nolit: qui statim in carcerem detradatur per tempus à Definitorio provinciali præscribendum, adhibitis piis consiliis, & exhortationibus, item jejuniis in pane & aqua, & aliis ejusdem remediis, quæ si non profint, denique à Definitorio generali ab Ordine expellatur tam verò carcer, quam ejusmodi remedia & multiplex charitatis significatio expulsiõnem præcedant.

Secundò. Si quis etiam (quod Deus avertat) fuerit convictus, aut suspectus vehementer de peccato contra castitatem, trudatur per annum

IESU

Spirit. II

annum dimidium in carcerem. Si autem externum notum fuerit, vel si peccatum iteraverit, poena dupla illi inferatur: quod si in his duobus eventibus resipuerit, post resipiscendum tantumdem temporis voce ac loco careat; verum tertia vice relapsus, quasi correctionis incapax expellatur.

Tertio. Qui cum scandalo secularium semel contra castitatem peccaverit, in carcerem detradatur per annum, vel etiam longiori tempore, prout Definitorio generali visum fuerit; expletoque hujus poenae tempore, voce ac loco anno uno careat; Superior vero saeculares, qui scandalum passi sunt, vocari faciat, quibus praesentibus, cum qui peccavit inlicitis verbis corripit, & in carcerem includi praecipit: & qui hujusmodi remediis non resipuerit, tanquam incorrigibilis expellatur.

Circa poenam gravissimam, quae delictis etiam gravissimis imponenda est, observandum occurrit, quod culpa gravissima, quae simili poena plecti solet, est incorrigibilitas; incorrigibilitati autem expulsio à Congregatione responderet, postquam remedia multa prius adhibita jam non prodesse constat; nam si proficiunt, nemo incorrigibilis est censendus. Expelli ovis morbida debet, ne caeteras inficiat.

Nec sufficit sola correctio, etiam si acerrima, asperaque sit; sed opus est, e domo sive Conventu delinquentem hujusmodi ejicere. Id optime notavit D. Hieronymus libro primo adversus Pelagianos, dicens, Heli filios quidem corripuisse, nihilominus à DEO fuisse punitum; cuius eam reddit rationem: *Quia non corripere debuit, sed abjicere.* Et libro primo contra Jovinianum. *Heli (inquit) corripuerat quidem filios; sed quia non abjecerat delinquentes, retrorsum cecidit, &c.* Cui sententiae consonat S. Joannes Chrysost. homil. 59. in Genes. *Quemadmodum (inquit) Medicus si morbum sectione indigentem, unzione aut emplastro curare voluerit, citò morbum incurabilem efficiet, tum congruam non adhibeat medicinam; ita senex ille, &c.*

Eodem quidem Medici exemplo usus est D. Basilus in Regulis suis disputatis, dicens: *Illi (id est Medici) quodcumque sanandum membrum insanabili morbo correptum invenerint, ne vitium latius proserpat, neve ex contagio diffusente contiguas partes corrumpat, illud secundo, si remedium è tollere funditus soluti sunt, &c.* Et ibidem docet, eadem severitate utrosque spirituales Medicos, ut illud Christi Domini praecipit exequantur: *Si oculus tuus dexter scandalizat te, projice abs te.* Matth. 5.

Est autem hujusmodi poena consentanea valde antiquissima PP. Institutioni, & Religionum fundatoribus, quia ea ut plurimum utebantur contra facinorosos, & incorrigibiles, ut notatur in antiquis monumentis Ordinis Minorum, ubi refertur Privilegium Alexandri Papae VI. sub hac forma,

Alexander VI. fecit facultatem Generalibus Ordinibus Minorum, ut per semetipsum duxerant, & Provincialibus, ut ipsi cum consensu majoris partis Capituli, dictos Fratres Ordinis, quos incorrigibiles repererint, habitum expoliare valeant, & ab Ordine ejicere, atque contra quoscumque eis auxilium, consilium, favorem publicè, vel occultè, directè, vel indirectè, aut quovis quasto colore super delatione dicti

habitus praesentes, etiam cujuscunque dignitatis, gradus, ordinis, aut conditionis fuerint, per consensum Ecclesiasticas, ac alia jure opportuna remedia (appellatione postposita) procedendi: invocando etiam, si opus fuerit, auxilium brachii saecularis, &c.

Ex quo patet, olim fuisse facultatem Praelatis elargitam à Summo Pontifice, incorrigibiles expellendi ab Ordine. Ut verò non contingat errare, quoad expulsionem praefatorum incorrigibilium, S. Bonav. supra Reg. Fratrum Minorum, quae est. 14. piissime docet, tria debere concurrere ad hoc: ut justè possint Fratres expelli ab Ordine, Primum, quod eorum delicta sint notoria Fratribus, & saecularibus. Secundum, quod Fratres eorum malo exemplo possint infici, & corrumpi, & saeculares scandalizari. Tertium, quod sint incorrigibiles. Et secus episcopi, his non observatis, non judicari D. Bonav. esse tutum in conscientia, licet in foro fori Praelati possint ex praedicta Apostolica facultate.

Quin addit ibidem D. Bonav. quod cum nec Papa, nec Praelati Ordinis possint liberare Fratres ab obligatione voti solemniter in professione emissi, ejicendo tales extra Ordinem, ultra scandalum, quod in animis saecularium potest generari, est exponere illos periculo damnationis aeternae; cum sic ejecti nequeant servare Regulam, quam promiserunt; sed tales debent perpetuis carceribus mancipari, & secundum exigentiam delictorum puniri, etiam ultimo supplicio, prout paniti solent Clerici saeculares secundum jura Canonica, quibus subjunguntur Religiosi, sicut reliquae personae Ecclesiasticae. Haec D. Bonaventura.

Qui autem dicendi sint incorrigibiles, expressè declarant statuta Ordinis Minorum, fol. 147. tit. de Incorrigibilibus, statuentia, quod incorrigibiles sint censendi, qui ter de eodem gravi crimine convicti, & puniti non resipiscunt. Quae declaratio est valde conformis alicujus Ordinum Institutum.

Haec autem poena in nostro Ordine à Praeposito Generali, & Definitoribus generalibus, & non ab aliis, factò juridicè processu, adhibenda est. Quae verò proprie dicenda est incorrigibilitas, ultra ea quae diximus, breviter exponamus.

Constitutiones Fratrum Praedicatorum, Cap. 19. de gravissima culpa ita declarant. *Incorrigibilis ille dicitur, qui nec culpam timet admittere, & poenas recusat ferre, vel ex carum saepius repetita infirmitate, iudicio discretorum cognoscitur non resipiscere: Talis de consilio discretorum careri mancipetur, & ibidem secundum exigentiam culpae iuxta discretionem Praelati, jejuniis, & abstinentiis puniatur, vel secundum Regulam S. Patris Nostri Augustini, si magis expediens iudicatur, per Magistrum Ordinis de Ordine nostro expellatur. Quod tamen mature fiat, ita ut appareans gesta cum voto processu, & sententia in scriptis, & cum debitis subscriptionibus & sigillis. Haec tamen Constitutiones Fratrum Praedicatorum.*

Ex qua doctrina, & ex aliis, quae traduntur ab Auctoribus circa materiam incorrigibilitatis observandum est, aliquem tripliciter dici incorrigibilem, atque de ejuj emenda jure optimo despectari. Primum. Quando in criminibus peccatis perseverat. Ita docent Abbas, Cap. Cum ab homine, num. 30. de iudiciis. Majoribus lib. 1. de irregularitate Cap. 26. num. 4. Immo addit Abbas

Abbas ut supra, adhuc dici incorrigibilem, etiam si committat alia delicta dissimilia, id est non aequè gravia.

Verior tamen opinio tenet, requiri ad incorrigibilitatem, ut delicta sint similia, id est aequè gravia, aut graviora.

Secundò. Dicitur Incorrigibilis quis, quando ter monitus non desistit à gravibus culpis, ut post Abbatem & alios non infirmè notè Auctores, affirmat Sanchez lib. 6. Cap. 9. num. 4.

Tertiò. Incorrigibilitatem incurrit, qui sibi assignatum penitentiae locum, fugiendo desinit; alias si non arripit fugam, etiam si penitentiam non adimpleat, non dicitur incorrigibilis, ut praedicti Auctores post Abbatem annotarunt.

Quamvis autem D. Thomas quodlib. 12. art.

ultimo & D. Bonaventura in Regul. D. Francisci q. 14. Sylvest. verbo, Religio. 6. q. ultima; & alii Auctores asserant, solos incorrigibiles expelli posse à Religione: quod quidem verum esse advertitur, stando in jure communi, ut bene advertebat P. Azor. tom. 1. Institutionum Morali um, lib. 12. Cap. 16. q. 3. At jure particulari, & ex vi instituti Religionum à Sede Apostolica approbati, ob multas alias causas potest professus expelli, ut constat ex variis Constitutionibus Religionum, à Summis Pontificibus approbatis: quae Constitutiones etiam à Summis Pontificibus approbatæ, omnino revocatae sunt à Sanctissimo D. N. Urbano VIII. qui novo Decreto contra Religiosos incorrigibiles edito, decernit, eos solos, qui tantum Jure communi sunt incorrigibiles, à Religione expelli debere.

Præterea inter gravissimas pœnas gravissimis delictis applicandas annumerantur ut aliqua in Constitutionibus Fratrum Minorum, quas refert Franciscus Aretinus in sua practica criminali Cap. 5. de pœnis gravissimis delictis intelligendis, quarum aliquas recensebimus, ut Visitatoribus ampliorè materiam in arbitrandis pœnis offeramus.

CAPVT IX.

De pœnis infligendis Apostatis, sive fugitivis.

INCURE aliqui DD. conferunt apostatam & fugitivum, pro eodem accipientes, cum multum inter utrumque distet; nam Religiosi fugitivi propriè dicuntur, qui à Monasterio recedunt absque licentia Superiorum, ut vagari possint extra ipsius potestatem, & obedientiam, ut colligitur ex lege, Quis sit fugitivus. Apostata autem propriè dicuntur, qui à monasterio recedunt animo, & voluntate, in perpetuum excutiendi obedientiae jugum, deserendi que proprium institutum: quare si hic animus desit, sed fugiant ea tantum intentione, aliquando extra Religionem vagandi, posteaque ad Religionem redeundi, apostatae non sunt. Hanc differentiam sive distinctionem tradunt communiter Summistæ, & Commentatores D. Thomæ 2. 2. q. 1. 2. art. 1. ubi Cajet. Bannes, Arragon. Gregor. de Valent. & alii communiter.

Quare fugitivus, est nomen commune fugitivis, qui non sunt apostatae, & illis qui verè apostatae sunt. Omnis enim apostata est fugitivus; non verò omnis fugitivus est apostata.

Thom. à Jesu. Oper. Tom. 1.

Ex his primò inferitur, nihil refectere ad veram apostasiam, an habitus Religionis dimittatur, nec ne: sed verè apostatam esse, recedentem à Religione, animo nonquam redeundi ad illam, sive habitum retineat, sive dimittat. Ita docent Auctores citati.

Et è contra si quis dimisso habitu, fugiat ad tempus, animo tamen redeundi ad Religionem, non est apostata; sed tantum fugitivus, ut optimè docet Valentia, ut supra.

Secundò Inferitur, minus propriè aliquos Jurisperitos appellare illum Religiosum apostatam, qui ita suæ Religionis habitum alio habitu cooperit, ut ex erius non appareat: nam (ut superius diximus) habitus dimissio, vel detentio, nihil refert ad veram apostasiam; sed eam propriè constituit solus animus recedendi in perpetuum à propria Religione: & ita fuisse decisum à Rota, tenet Emmanuel Rodericus Tom. 1. q. Regul. q. 30. art. 2. Erat tamen tunc occultam habitum absque iusta causa, excommunicatus, ut probabilior lenientia tenet.

In nostris vero Constitutionibus, ut constat ex Capite 35. num. 1. 2. præter alias pœnas apostatis stabilitas, hujusmodi declarantur esse excommunicati, etiam si à Religione discedant, animo transeundi ad alium Ordinem, sequentibus verbis. Qui à Congregatione recedunt, etiam si ad aliam Religionem, præterquam Carthusianorum transiant, præter apostasiam, ipso facto excommunicationem, & infamiam notam incurrunt; excommunicatioque hujusmodi Praeposito, vel cui cuilibet rem commiserit, juxta litteras Xysti V. datas 27. Junij 1587. reservatur. Et quavis in nostris Constitutionibus indiscriminatim dicto Cap. 35. eadem pœna tam fugitivis quam apostatis designentur, excommunicationis tamen censura tantum videtur imposita apostatis, ut patet ex contextu Constitutionis prædictæ: quæ excommunicationis pœna ferè in omnibus Religionibus contra apostatas facti solent.

Præter excommunicationem, tam Apostatis præterquam fugitivis in nostris Constitutionibus Cap. 35. pœna alia imponitur, quas hic breviter referre conabor.

Apostata, fugitivus, & quivis injussu Praelati à Conventu recedens, si habitu nostro indutus, cum aliquo domesticorum scandalo exierit, per viginti dies; si cum scandalo secularium, per quadraginta dies in carcere deturatur: si tamen habitu nostro exutus abierit cum scandalo secularium, pro octoginta mittatur in carcerem: & Definitorium Provinciale in hoc ultimo eventu consulatur, ut decernat, quomodo cum Reo procedendum sit, &c.

Omnes pœnas superius in hoc capite expressas, infligantur Prior, Vicarius, vel Praesidens executioni mandantur. incipiet, & statim Provinciale monebit, præterquam cum apostasia, seu fuga intra octo dies sine scandalo secularium contigerit; tunc enim ipse cum primi discreti consilio, remedium providebit; sed si apostasia, seu fuga ultra octo dies duraverit, vel cum scandalo secularium acciderit, Prior, Vicarius, vel Praesidens Definitorium Provinciale (si tunc celebretur) sin minus Provinciale statim moneat, ut decernat, quomodo qui fugit, in carcere detineri, voce, ac loco carere, alio ac alio remedio excerceri debeat, nec sine illorum jussu Reum è carcere custodia liberabit.

R r r

Qu

Quis vi-
gorose sit
dicendus
Apostata.

Deciso
Rota sa-
era circa
apostatæ
religiosus
vestes non
deponere
sed occultantem
infra
alias ve-
stes, quam
decisione
tenet &
sequitur
Rodericus
tom. 1. Re-
gul. q. 30.
art. 2.

TESTU
Spiritu
II

Qui semel & iterum fugerit, præter penas superius expressas, Congregationis antiquitatem amittat, & in posterum à die reditus, ac nova receptionis, si computetur.

Qui tertia vice fugerit, ut Novitius recipiatur, nec ullo antiquitatis jure gaudebit; sed post annum à receptione ultima, ejus antiquitas incipit computari.

Verum qui quarta vice fugerit, juxta Literas Pij V. tanquam incorrigibilis expellatur. Præterea si apostata, vel fugitivus tres menses absuerint, antiquitatem Congregationis amittunt, quemadmodum de Apostasia secunda decretum est. Si annum integrum absuerint, quasi Novitij recipiuntur, ac si ter apostata fuissent. Si verò ultra annum, Desponsatorium generale judicet, an statim sint censendi incorrigibilis, & pro arbitrio suo puniat. Hæc sunt, quæ circa apostatas, sive fugitivos nostræ decernunt Constitutiones.

CAPVT X.

Quæ sint, quæ in delictis excusare possunt ad minuendam Pœnam?

Primò furor, & insania excusat à delicto: nam si delinquens tempore delicti commisi erat quidem furiosus, aut mente captus, non potest propter illud puniri. Si verò tempore delicti commisi erat sanæ mentis, & postea est factus furiosus, licet puniri non possit ordinaria pœna, dum est furiosus; puniri tamen potest extraordinaria, arbitrio Judicis, ut docet Baldus in L. Furiosum. C. Qui testamentum facere potest: cujus opinio communiter ab omnibus recipitur, ut docet Julius Clarus q. 60. versiculo, sed quero.

Secundò. Ira quandoque delictum excusat; interdum verò minimè; nam aut provenit ex justa causa; & tunc non excusat in totum, juvat tamen, ut delinquens mitius puniatur, ut in viro occidente uxorem deprehensam in adulterio: ira enim potest dici quidam brevis furor: aut ira provenit ex injusta causa; & tunc nullam excusationem præ se fert.

Tertio. Ebrietas excusat à dolo, sed non à culpa, atque adeo committens delictum tempore, quo est ebrius, puniendus est, ut communis DD. sententia tenet; non tamen ordinaria, sed tantum extraordinaria pœna. Verum tamen si sine culpa factus fuisset ebrius, ut si socii ipso inscio, sal in vino apposuissent, (ut inquit Julius Clarus) ipse est à culpa, & à dolo prorsus excusandus.

Quarto. Si aliquis dormiendo delinquat, hominemque vulneraverit, verè excusandus est: quia tempore delicti non erat compos mentis: & ita tanquam furiosus reputatur. Ita Clarus ut supra; quod tamen intelligi debet, quando ei dormienti similia evenire non solent: quod si ei soleant contingere, ut scilicet à lecto surgat, & enssem evaginet, & similia faciat, (ut de multis legimus) tunc si ipse non præcavisset, claudendo sui cubiculi ostium, diceretur esse in culpa, atque adeo deberet pœna extraordinaria puniri. Ita tenet communis opinio, ut idem Julius Clarus docet, ut supra.

Quinto. Ignorantia Constitutionis punientis delictum, quando delictum, quod punitur ab ipsa Constitutione, est etiam prohibicum de Jure

communi, non excusat; nam tunc debet puniri secundum dispositionem Juris communis.

Secus esset, si tantum delictum puniretur Constitutione, vel Decreto: nam tunc excusatur Reum, licet non omnino; absolvere tamen excusat, ad omnem penam in Constitutione taxatam subeundam.

Sexto. Pœnitentia in delictis quandoque delinquens excusat: loquitur de pœnitentia, non de illa, quæ sequitur post delictum commissum; sed de pœnitentia ante delictum perpetratum; ut si quis volens committere delictum, antequam committeret, pœnituit, & illud non commisit; quod intelligi debet, quando potens committere delictum non voluit, sed pœnitenti proposuit: tunc enim licet in totum non excusetur, mitius tamen punitur. Docet Clarus loco ut supra.

Illud tamen observandum est, quod licet affectus, seu conatus ad delinquendum, etiam si non sequatur effectus, puniatur non aliter, ac si ipse effectus secutus fuisset, ut constat ex l. 1. §. Divus. ff. ad l. Juliam, de sicariis; tamen hodie de generali consuetudine non punitur affectus, sive conatus, nisi sequatur effectus: non inquam puniatur pœna delicti ordinaria, sed bene pœna extraordinaria, ut post multos Jusperitos docet Clarus, ut supra; quam consuetudinem esse approbatam per totum Mundum, docet Arenus in lege 1. §. finali. ff. ad legem Juliam, & Consilio 14. num. 3. Quam etiam sententiam in delictis utriusque atrocissimis procedere, docentur alii Auctores, in quibus docent affectum sive conatum, pœna ordinaria non esse puniendum.

Cæterum ubi conatus, vel minæ pœnitentia à statuto aliqua pœna particulari tunc Judex condemnare debet Reum, ad pœnam taxatam Legge.

Sepimò. Quando Reus pœnæ à lege statuta pro delicto ab illo perpetratò, capax fore non est, illam Judex commutare debet in eam, cujus est capax.

CAPVT XI.

Quæ sint, quæ observari debeant à Visitatoribus in sententiis pœnalibus ferendis.

Multa sunt, quæ Visitatores præ oculis habere debent in ferendis sententiis, maxime pœnalibus. Primum est, ut Prælati imponant pœnas secundum delictorum gravitatem, juxta illud Deuteronomii 25. Pro mensura delicti erit & plagarum modus. Quare pœnam augere minimè potest, si alicui delictò, à lege taxata sit, nisi forte aliqua circumstantia delictò annexa id expostulet. Sed neque minuere, nisi ex legitima causa, quam in sententia exprimere debet; sicut illis verbis: *Justu de causis animarum nostrarum morientibus.*

Ita pariter tenet communis opinio, etiam de pœna imposta à statuto, sive Constitutione, quam ex causa Judex minuere potest, ut post alios docuit Covarruvias lib. 2. Resolutionum, Cap. 9. num. 8.

Curet singulis delictis ponere illas pœnas, visitator quæ à Constitutionibus propriæ Familie ordinatæ sunt. Pœna enim à propriis Constitutionibus imposita, tantam vim habet, ut pœnas à Jure communi

IESU

Spirit. II

Reo infligantur pena a constitutionibus proprie Religionis ordinata pro tali delicto. Si committatur delictum pro quo certa pena statuta a Religione non ad id visitationes non veniantur quae ad praesentiam Familiam emendandam, aut corrigendam conducunt. Demum si omnia ista desint, Praeatus imponat penam, seu arbitrio, quae uti delicti condignam.

communi liberas tollat, ita Clarus lib. 5. §. 8. Adulterium, & finalis §. 85. verbo: debet etiam. Quod si in Constitutionibus Religionis poena pro aliquo delicto statuta non sit, tunc recurrendum est ad penam a Jure Canonico institutam, quae ad Regulae normam, sive Constitutionum moderanda sunt, & dirigenda. Omnibus autem deficientibus, deveniendum est ad consuetudinem; etenim consuetudo optima est legum interpret. Quare si certa poena ex consuetudine adsit, poena ista debet imponi. Quod si consuetudo non sit, tunc ex aliis legibus similibus progrediendum est ad similia, ut docet Innocentius Cap. Qualiter de quandoque verfici lem nota, de aculationibus. Ex his enim quae contingunt in Clericis, multis mandandis conscripsi, quid sciendum sit in Monachis, atque ex legibus, quibus non ut Praelati aliarum Religionum deservi possunt, quam visitationes non veniantur, quae ad praesentiam Familiam emendandam, aut corrigendam conducunt. Demum si omnia ista desint, Praeatus imponat penam, seu arbitrio, quae uti delicti condignam. Debet autem Visitator in arbitrandis huiusmodi poenis plura considerare, videlicet delinquentis conditionem, an solet sepius delicta perpetrare? an casu accidit, sive an equos an cordas, vel accessit id fecerit? & an laudabilem, & quale fuerit ortum ex delicto? Debet praeterea attendere qualiter loci, ubi delictum commissum fuerit, an in loco sacro, vel extra? in foro, aut via publica, vel in Monasterio? delicti insuper gravitatem, aut diuturnitatem, injuriaque illatae modum, atque atrocitatem, aut damni dati magnitudinem examinare oportebit: perionae insuper offensa circumstantias expendere, cum ipse sint quae augere, aut minuere soleant quodcumque facinus, an nullis fuit? an dignitate praeditus? an Superior, vel subditus? an laicus, vel sacerdos? quae optime considerat Diaz in sua practica Cap. 128.

inferat eodem tempore, sine ullo intervallo, ut sentit Glossa in dicta lege, nunquam plura. Si vero delicta sint diversi generis, si committantur ex intervallo, omnia punienda sunt. Postremo scite debent iudices, pro sententia condemnationis ferenda, quod sepius contingit, quod in eodem crimine multi, licet diverso modo, intervenire possunt, qui tamen omnes diversis poenis sunt puniendi, v. g. alicui imputari potest, quod delictum ipsum propriis manibus commiserit, alii quod sciens, & particeps fuerit, aut quod de delicto faciendo tractaverit, aut quod consilium, seu mandatum dederit, aut auxilium praestiterit, aut illud postea ratum habuerit. Regulariter si res atente consideretur, sola Regulari scientia delicti non est punibilis, maxime in eo, qui nullam habet facultatem prohibendi, hoc scientia tamen fallit in crimine lese Majestatis; nam delicti non sciens delictum proditoris contra Principis est puniendum, puniendus est poena mortis, si non revelet, secundum communem DD. opinionem: cipe a quibus a simili in Religione, qui scire tracta criminum contra personam Generalem, vel contra Religionis bonum, & non revelaret, teneretur caesariis. dem poena, quae de ipsum delictum committens, ut egregie docet Franciscus Avennus, Cap. 8. de sententia poenalis, ubi consequenter etiam docet, quod frater, qui scit alium fratrem committere delictum aliquod, quod vergit in perniciem, vel infamiam Religionis, & illud non denunciat Praeato, qui removere, vel providere possit, potest, immo debet puniri arbitrio ipsius Praelati. Quid vero sciendum sit de eo, qui prohibere potuit, ne committeretur delictum, aut eum qui simpliciter consensit in eodem delicto, aut qui illud ratum habuit post jam commissum, aut qui consilium dedit alicui, ut delinqueret, aut alias delictum committi mandaverit, consensulendi sunt Summis, qui plene de omnibus his circumstantiis, in materia de furto, homicidiis, aliisque in locis disputant. Haec sunt, quae circa theoriam, & praxim in Regularium visitatione observanda, notari digna nobis occurrunt, quae omnia, & nos sanctae Romanae Ecclesiae iudicio, & censurae libenter submittimus, cupientes ut euncta ad Dei gloriam, Religionis augmentum, & Animarum salutem cedant.

XI.

ri debeant a... tus pe... s. praeculib... entis, maxime... latus imponit... ritatem, jura... nsurra delicti... enam augere... lege taxata sit... delicto annexa id... ixi ex legitima... debe glatem... nostrum mo... io, etiam de... nstitutione, est, ut post... ionum, Cap.

Finis Quarti, & ultimi Tractatus.






APPENDIX

ALICUARUM FORMULARUM

Visitatoribus, tam pro committenda aut subdeleganda
visitatione, quam pro aliis usibus ad visitationem
spectantibus, maximè utilis.

UT nihil in hoc visitationis Tractatu desideretur, visum fuit nobis aliquas tradere formulas Visitatorum, pro variis usibus necessarias, tam pro sententiis penitentiarum Reis infligendarum, quam pro expulsionem, ac pro capiendis informationibus, cum opus fuerit, vel suam Jurisdictionem aliis inferioribus committere.



Formula ad Informationes capiendas.

*tes, ut de opportuno remedio provideatur. In quorum
&c.*

FR. N. Praepositus Generalis, &c. Reverendo Admodum P. N. Priori Conventus Nostri, N. &c.

Accipimus, in Conventu isto unum, vel duos fratres non ambulare ad veritatem Evangelii, & professionis, quam emiserunt. Cui malo remedium afferre cupientes, Praecipimus tibi in virtute Spiritus sancti, & sancta Obedientia, ut imponas praeceptum formale fratribus omnibus tui Conventus, ut ad te discant, an aliqui & tota Communitate laboret infamia alicujus peccati gravi, quod si duo saltem Testes jurati, & omni exceptione majores deponant de infamia hujus vel illius fratris; tunc procedes ad inquirendum, qualia peccata commiserint, & Testes tam in depositione de infamia, quam de delictis subscribentes, quae deposuerint; Tu vero ad nos totius processum exemplum mittes, originali apud te retento, ut quae postmodum agenda sunt, ipsi perscribamus. Datum Roma, &c.

Si vero sit in carcere, dici potest, ut sequitur.

Cum Fr. N. Nostra Congregationis Donatus professus, vel N. &c. reperitur, & sit ad praesens constitutus in carcere in Conventu nostro sancti, ob quaedam delicta, de quibus contra eum fama publica est, in dicto Conventu, vel alio perpetrasse: ne hujusmodi mala remaneant impunita, praesentium tenore, ex consensu Patrum Definitorum generalium, discretionis tuae committimus, ut de praedictis delictis, & aliis per ipsum N. commissis, informationem per Testium examen, & depositiones, ipsiusque confessionem juridicè capias, quam ad nos sigillatim mittas, ut de opportuno remedio provideatur. In quorum si dem praesentes dedimus sigillo nostro munitas, & proprio nomine subscriptas. Roma, &c.

Pro informatione capienda contra suspectum de aliquo crimine.

FR. N. Praepositus Generalis, vel Provincialis &c. Rev. Adm. Patri Fratri N. Conventus Nostri N. in Domino salutem.

Cum ad nos perveneris, in tuo Conventu manere Sacerdotem N. & Fr. nostra Congregationis professos, contra quos nonnulli Testes deposuerunt, eos non ambulare ad veritatem Evangelii, & Professionis, quam emiserunt: cui malo remedium adferre volentes, tenore praesentium praecipimus tibi in virtute Spiritus sancti, & sancta Obedientia, & sub praecepto formali, ut eosdem constituas in tuo carcere, & per examen juridicum, informationem, & ipsorum confessiones juridicè capias, quam ad nos sigillatim mit-

Pro Informatione capienda contra delinquentes.

FR. N. Praepositus Generalis, &c. Reverend. Patri Fr. N. Priori Conventus nostri N. in Domino salutem. Cum ad nos perveneris, apud vos manere Fratrem N. &c. Ordinis nostri professum, qui in Conventu nostro N. pluries absque licentia fugitivus decessit, & tanquam apostata, absque habitu per longum tempus vagatus est: praesentium tenore discretionis tuae committimus, & per meritum sancta Obedientia praecipimus, ut eundem Fratrem N. in tuum carcerem constituens, de fugis factis, dimissione habitus, fractione carceris, incorrigibilitate, & aliis delictis per eum commissis, informationem, & ipsius confessionem juridicè capias, quam ad nos sigillatim mittes, ut de opportuno remedio provideatur. In quorum si dem praesentes dedimus sigillo nostro munitas, & proprio nomine subscriptas. Roma, &c.

Pro

Pro Informatione facienda
contra fugitivum.

FR. N. Præpositus Generalis, &c. Reverend. Patri Fr. N. Priori, &c. ut supra. Ratio officii nostri postulat inter alia, Fratres nostros errantes corrigere, vagantes reducere, & protervos coercere, & castigare. Sanè dolentes pro comperto habemus, Fratrem N. nostri Ordinis professum, à Conventu nostro absque licentia fugitivum pluries discessisse, carceremque, in quo pro delictis detinebatur, fragisse. Ideoque ut tanto malo pro posse nostro occurramus, discretioni tuae committimus, & in virtute sanctæ Obedientia præcipimus, ut de fugis factu, fractione carceris, & aliis delictis, si qua alia apud vos commiserit, Informationem juridicam capias, & perfectam ad nos sigillatim mites, ut de opportuno remedio provideatur. In quorum fidem, &c.

Forma sententiæ, & pœnitentiarum ex processu juridico.

IN nomine Domini Amen. &c. Die, Mensis, Anno, Nos Fr. N. Præpositus Generalis, & Fr. N. Fr. N. Fr. N. Fr. N. Definitorum Generales &c. In causa, & causis contra Fratrem N. nostre Congregationis professum, vel Patrem &c. gratium delictorum Reum, quem admodum ex Testium depositione, & porissimum ex eius confessione in processu juridice facti patet. Post longam totius rei discussionem, omnibus hinc inde bene visis, & consideratis, Christi nomine invocato, solum DEUM, & bonum nostre Congregationis, ac ipsius Rei præ oculis habentes, per hanc nostram Diffinitivam Sententiam, mitius tamen contra ipsum procedentes, dicimus, pronuntiamus, sententiamus, & condemnamus dictum Fratrem vel Patrem N. ad sex alios menses pœnitentia in carcere agenda, hoc modo, videlicet per duos menses detineatur in cippi ligneo, & per alios quatuor sine dictu cippi maneat detentus. Scapulari magno, & prædictis quatuor mensibus, in secretiori loco Sacrum auditur ab eis, sed de præcepto tantum, sed Sacram Eucharistiam non recipiet, nisi de arbitrio Priori: jejuneque in pane, & aqua tribus diebus per singulas hebdomadas, donec in carcere detineatur, è quo postquam exierit, careat loco per duos annos, & ultra ad arbitrium Definitorum Generalis, quo tempore singulis sextis feriis humi sedens jejuset in pane & aqua, & bis in hebdomada accipiet in Refectorio unam disciplinam à Præsidente per spatium unius Psalmi, & interius non exeat à Clausura Conventus per dictos duos annos. Literas alicui non scribat, recipiat, & non possit suscipere aliquem ordinem, nisi transacto decennio: & si contravenerit, & inobediens fuerit, prædicta pœna duplicentur. Quæ pœna currere incipiet à die intimacionis prædictæ sententiæ, & ita dicimus, pronuntiamus, sententiamus, & condemnamus, & R. P. Fr. N. Priori, &c. horum executionem committimus. In quorum fidem præsentem dedimus, &c.

Alia similis forma.

IN nomine Domini Amen, Die, &c. Nos Fr. N. Præpositus Generalis, &c. & Fr. N. Fr. N. Fr. N. Thom. à Jesu Oper. Tom. I.

Fr. N. Definitorum Generales ejusdem Congregationis, in causa, & causis contra Petrum Fratrem N. Sacerdotem professum Provincia nostra s. N. graviam delictorum Reum, nempe quod solitus fuerit gravissime mormurare, ac detrahere Superioribus, aliisque Religiosis, & in eos, præsentibus etiam secularibus, frequenter convicia, verba obscena, & contumeliosa profere, percussiones, vulnera, & mortem minari, Diabolum invocare, contra castitatem graviter suspectum esse, necnon etiam propætariam, & scandalosum: propter quæ omnia jam semel in carcere detentus, ac punitus fuit, nullo dato emendationis signo, ut in processu juridice à Rev. Adm. Patre Fratre N. Provinciali ejusdem Provincia facti appareret. Christi nomine invocato, & omnibus bene visis, & consideratis, mitius tamen cum eo procedendo, per hanc nostram diffinitivam sententiam, illum declaramus incorrigibilem, juxta Decreta sanctæ Congregationis Concil. de Regularibus Apostatis, & ejectis; ordinantes ut unius anni spatio, in jejunio, & aliis pœnitentiæ operibus præbetur in carcere, quo elapso, si nihilominus non resipuerit, sed animo obdurato in sua pervaciæ, & morum corruptela perseveraverit eandem culpam committendo, ad expulsionem procedatur, juxta prædicta Decreta: & ita declaramus, dicimus, sententiamus, pronuntiamus, & condemnamus. Volumus tamen, ut crimina, quæ multis Religiosis, maxime Superioribus innotuerint, probare teneatur: committentes propterea Rev. Adm. P. Fr. N. Visitationi Generali prædictæ nostre Provincie, ut de illis cognoscere possit, & Rev. Adm. P. Fratri N. prædictæ Provincie Provinciali executionem hujus sententiæ demandamus, præcipientes in virtute Spiritus sancti, & sanctæ obedientiæ, & sub præcepto sermali, ut dictam sententiam sine mora sigillatim exequi curet. Datum Romæ, &c.

Sententia contra delinquentem convictum, vel confesum, cum expulsionem.

FR. N. Præpositus Generalis, &c. Omnibus præsentibus literis in hæc verba, &c. factis de causis antimum nostrum morientibus, habita prius cum PP. Definitoribus, in Generali nostro Definitorio, matura consultatione super causam, & processum juridice factum Die Anno &c. contra Fratrem, vel Patrem N. nostre Congregationis professum, qui in saculo vocabatur N. N. filius N. N. ex vorandæ Patrum voto & sententiæ dolentes vehementer, & quasi necessitate compulsi, eundem Fratrem N. à nostra Congregatione expellimus, & dimittimus, expulsumque & dimissum declaramus, & condemnamus per triennium in exilium à Civitate N. (videlicet ejus patria) ut eo tempore non audeat ad dictam Civitatem, neque prope accedere sub pœnis, si contravenerit, arbitrio Definitorum Generalis denuo imponendis. Eundem Fratrem N. admonentes, nullatenus liberum à votis inter nos emissis remanere. Item condemnamus prædictum Fratrem, ut per decennium nullis ordinibus insigniri possit, attestantes, apud nos nullum ordinem, neque primam tonsuram suscepisse (vel sales suscepisse, &c.) & pariter eidem strictè percipientes, ut habita nostra Congregationis nullo modo, & tempore utatur, sub pœnis & censuris præfelic. recordat. Xystum V. contra habitum nostrum deferentes, latet. In quorum fidem, &c.

Ree 3 Seneca

Sententia contra processatos
Apostatas.

FR. N. Praepositus Generalis, &c. Omnibus
praesentis literas, &c. Ratio nostri officij exi-
git, atque efflagitat, ut bono, & quieti Con-
gregationis nostrae modo nascentis consulamus, &
membrum saepe (incassum tamen) uti Babylonem
curatum, de cuius salute spes nulla sit, ne re-
liquum corpus morbo suo inficiat, rescindamus.
Idcirco nos idem Fr. N. Praepositus Generalis, vi-
si informationibus, & processu factis in causa,
& pro correctione Fratris N. nostrae Congrega-
tionis professi, qui in saeculo appellabatur N. de
tali loco: visa denique ipsius incorrigibilitate, post
habitam cum RR. Admodum Patribus Definito-
ribus Generalibus, maturam consultationem, ex-
torum voto, & sententia, dolentes vehementer,
& necessitate compulsi, iuxta facultatem in Con-

stitutionibus Congregationis praedictae nobis concessam, Christi nomine invocato, eundem Fratrem
N. uti incorrigibilem expellimus, & expulsum a
Congregatione nostra declaramus, & senten-
tiam. Hortamur autem in Domino praedictum Fra-
trem N. (proos Patres decet) ut a praeterea, &
incorrigibilitate bucusque cum scandalo ostensa re-
suscipiat, si materna viscera misericordiae Con-
gregationis nostrae ipsam expectantem (velut Patris
piissimus filium prodigum) experiri veluerit, &
ad gregem Beatissima Virginis MARIAE (& si
erraverit) reduci. Strictè vero praedictum eundem
Fratrem N. quamvis a Congregatione nostra abse-
rit, ne habitu Religionis nostrae alio modo utatur,
sub poenis & censuris per sacrosanctae Recordationis
Nostri V. contra habitum nostrum descendentis litem
Executionem autem huius sententiae R. Patri Fratri
N. Priori Conventus N. ubi praedictus N.
in carcere detinetur, committimus,
& mandamus, In quorum
fidem, &c.

Finis hujus Operis.



IESVS,